Von Gottes gnaden Johans Hertzog zu Sachssen / Des heiligen Römischen Reich Ertzmarschalck und Churfürst / Landtgraff zu Düringen / und Marggraff zu Meissen.



Hertzog Johans.



Ersamen ... Ersamen ... Dne nos fecit dignos

gunst ... gunst

Ersamen ... gunst

Amen dico tibi

Amen dico tibi nisi quersi fueritis et efficiamini

Rectorum ...

qr x
x

... ersamen ... gunst mit willigem dienst.

M

Ein kopff von einem schwein
Fier oren von einem fleisch ...
Ein stil von einem huss ...

xxv

Durch hulff andreas reich
doctor ... karl.
vor ...
... [illegible] ...
[illegible]
... [illegible]

M cccc lxxviii

Anno 1527 Et februarii fo: 21:—

Christi habitus in Egipto fo 83 Rome dico ubi

Concilium ... folio xxx

Sexagesima ... 181 : Aug Roma
nox Roma

Mors Hieronimi fo 103 Et lapidatur

Et mors crudelissima 172

Petrus missam Antiochie Celebravit ... fo 261

Mors Julij Cesaris fo 200   Historia Susanne 183
Danielis   Oratio 184

Tomus Tercio Menee 1 fo

Diverse Translaciones Biblis fo: 66 182

Christi

Von dem Register des Sontags nach ...

botten

Summarum diser wochen in der botten ussgangenn

x lb j — Summ vom verdienten lon [illegible]
und wercherz [illegible]

ij — Summ. fuhrlon [illegible] v lb

v lb — Summa buws

vj. facit

Dem [illegible]

Summ [illegible]

Rathuss



Sum Antonij Hutteri.

¶ AENEAE SYLVII LIBEL-LVS AVLICORVM MISERIAS CO-PIOSE EX-PLICANS

vita aulica & splendida miseria

¶ LECTOR EME LEGE ET PROBABIS.

¶ EX OFFICINA LITE RARIA IOANNIS SCHOEFFERS MOGVNTI NI.



PREASTANTI DOCTRINA, ET CLARIS IMAGINIBUS, INCLYTIS, INSIGNIBUSQUE VIRIS, D. GAEORGIO DE BREYTENBACH ALEXANDRO DE CZWEM I.V. DOCTORIBUS IULIO PFLUGK MISSENENSI CANONICO, ET SEBASTIANO ROTHEN AURBACHIO GRAECE ET LATINE ADMODUM DOCTIS AMICIS BENEMERENTIB. HENRICUS STROMER AURBACHIUS MEDICINAE DOCTOR.

S.D.

SVperioribus diebus, vbi Augustam cum Reuerendiss. Archiepo, ac illustriss. principe nostro ad Cęsaream venissem maiestatem, qđ mihi oīm maximę fuit iucūdū. offendi illic, Gasparem Vrsinū Slesiū, hominem, non minori eloquentia, atq; humanitate præditū. Reuerendissimi Cardinalis Gurcensis A secretis, q aliquot ante annos Liptzsi, etiam, dum adolescens, græcam literaturam publice non sine magna & sua laude, & auditorꝝ fructu, professus, eque suaui ac continenti consuetudine mihi fuerat coniunctus, cuius vicem/vel ob hoc indolui, quod videbam hominem alioqui ad recta studia egregie natum, bonis literis cecinisse receptui, atq; ob rerꝝ inopiam, ad necessitatem summā redactum, tum spe indipiscendi, alicuius a principe sacerdotij, in eorꝝ tribum, quos aulicos vocitamus descendisse

Quid multa? accepi hominem cęna, quo mihi & longius esset cum illo colloquendi tempus, & suauissimã inter nos cõsuetudinẽ, multorꝫ annorꝫ spatio intermissam, renouarem. quo in loco cũ in varios, vti fieri assolet, cõuiualibus sodalitijs deuenimus, sermones, tum de vitæ aulicę ratiõe (si modo ratio in ea est vlla) siue instituto, ac potius ęrumnis, molestia, & dispendio copiose, & festiuiter, ad multam vsqꝫ noctem, disseruimus. Aderant porro complusculi alij sympotę, vtriusqꝫ coaulici, viri & ꝓbi & suaues. Sane mea quidẽ sentẽtia. que a Luciano, eo libelloq de conductæ seruituti astrictis inscribitur, recensentur tum, que ab Aenea Senensi verissime, ac postremo, ab Erasmo Roterodamo, viro vndecũqꝫ doctissimo, in hoc hominũ genus, scite q[illegible]dem & eleganter detorta, perscriptaqꝫ, lectitantur, eorũ nihil, quin expromeretur fuit prætermissum. Enimuero nata huiuscemodi disputatio fuit, ex prouerbiali apud nostrates dicto. Diuturna aulica seruitus, diuturni inferorꝫ cruciatus. Quandoquidẽ quęcumqꝫ apud Acherontẽ pęna, & tormẽta passim a poetis esse memorant, nimis quã vere, in aulicorũ statũ congruere videntur, in aulis principũ (bonos semper excipio) Sisyphi saxũ, Ixionis rotam, famem Tantali, Promethei vulturium, Phinei Harpyas, doliũ Danaidum pertusum, Titanũ fulmen, Aloidũ cruciatus, Salmonei tonitrua, ac multa id genus, ęque dira & grauia tormẽta est inuenire, deniqꝫ in hoc ergasculo mortalibus accidit idem, quod illis qui apud inferos detinentur. Nempe eis aulam intrandi facultas datur. egrediendi vero denegatur cum paucissimi vix vnus & alter. quasi longo ab exilio reduces, ad tranquilliorẽ vite statum perueniant. Di boni quã multis, mille exanclatis laboribus, totidemqꝫ periculis impendentibus, ad restim res postremo redijt. Proinde eandem vitam esse aulicorꝫ cum inferorꝫ penis facile vnusquisqꝫ sibi, vel, qui in ea naui nondum aut saltem non diu fuerit, persuaserit Verum quod nõnulli existimãt. meo iuditio profecto nimis seuere, aulicis post huius vitæ functi-

prouerbiale dictum

onem, tantū abesse vt fiat maloꝝ cessatio, vt etiam diris il-
lis & sempiternis cruciatibus plectantur. Id vero dictu pe-
ne est iniquū, & creditu difficile, siquidem hic suos quisq;
patitur manes. Ceterꝝ haec nō eo a nobis dicta fuerint, quo
oīm principū aulas sub hanc censuram videremur rapuisse
Nam extitisse aliquos, apud quos clemēs & iusta seruitus
frugi hominib⁹ fuerit, hodieq; sit. nihil eīm hoꝝ quę, dicta
sunt, in Reuerendissimū ac Illustrissimū principē ac dn̄m,
dominū Albertum Archiepiscopum Moguntinen̄ & Ma-
gdaburgen̄ electorem imperij, primatem Germanię, Mar-
chionem Brandenburgensem &c. dominū meū clem ētis-
simum cōuenire certum est, cuius cū natura optima, opti-
mis disciplinis sit exornata, quid se deceat, & nouit bene,
& sua spōte perficit. hinc fit vt ob innumeras suas virtutes,
quę in Christiano principe & episcopo desiderantur, non
modo ab aulicis suis, verū etiam ab omnibus, qui cū eo ali-
quid consuetudinis habent, ametur, obseruetur, colatur,
& laudetur, nec immerito, siquidem oīni pręconio est ma-
ior, & vt vere simul & scite Erasmus Rhoterodamus ait,
vir immortalitate dignus Idcirco merito nos p̄ ceteris mor-
talibus beatos esse censuerimus. Siquidem sub sanctissi-
mo potētissimoq; principe quę in seruitute mala sunt, quę
ingruunt incōmoda, quę molestie exuberāt, queq; in dis-
crimina miseri mortales conijciūtur, qua in maloꝝ lerna
desudāt, & maiore ex parte tandem opprimuntur. Nos in
portu harum rerum oīm securi, alios periclitabundos ceu
vasto in Aegeo contuemur. Quocirca vt nostra vobis foe-
licitas, calamitate aliorum perspecta foret exploratior Ae-
nee Siluij libellum, qui Miserias aulicoꝝ graphice nimirū,
& ingenue explicauit, Nobisq; calamitosum illud morta-
le genus, quasi exculpsit, typis literarijs excusum, vobisq;
inter humanos doctissimis, & inter doctos humanissimis
ac vere nobilibus viris, nuncupatū in publicū edere cōsti-
tui, quem vt pellegatis, vbi a serijs negotijs feriati fueritis,
etiam atq; etiam vehementer vos hortor, & rogo. Quippe

qui magnam hoc legendo voluptatem percipietis, & vobis mirifice gratulabimini, cum, quæ vicia, quę flagitiorum annona, quę anxietates, miserię, ærumnę, qui ac quãti denicq̨ cruciatus, animis multorum aulicorum insident, atcq̨ eos lancinant & excarnificant, vos a regũ aulis seiunctos, immunes, deprehendetis, dicetisq̨ lecto Aeneę libello aulicam vitam, quis nescit esse ærumnarum plenam? potissimum eorum principum, quibus quodlibet, licet, Nisi vel inexpertus, vl' certe stultissimus. Deum immortalem, quę illic quam diutina, quam indigna seruitus, pferẽda, quanta sollicitudine ambienda principis gratia, Eblandiendus fauor eorum, qui vel nocere possunt, vel prodesse, fingendicq̨ vultus subinde noui, mussitanda iniuria potẽtiorum, & reliqua id genus, quæ Aeneas, multis annis inter aulicos detritus, paulo vberius, quam elegantius explicat. Verum ne vos disertissimos viros, meis inelegantibus nugis, diutius morer, vela complicabo, & Aeneam mutũ magistrum vestris humanitatibus perlegendum tradam. Valete viri morum integritate, ac nõ vulgari eruditione clarissimi, mecq̨ vestris nobilib⁹ amplissimisq̨ familijs, ac bonarum artium cultoribus commendatum reddite. Moguntiaci VI. CALEND, IVLIAS. Anno supra natalem dominicum. 1 5 1 7.

❡ AENEAS SYLVIVS DOMINO IOANNI de Aich perſpicaci & claro Iureconſulto. S P D



Tultos eſſe, qui regibus ſeruiunt, vitamq; tum infœlicem, tum miſerrimam ducere. Curiales (vereor ne q me arguant mihiq; maledicant) ſi hac epiſtola, quam tibi ſum ſcripturus oſtendero. Nec enim deerunt, qui me principibus deferant, & hoſtem reddere curent. Quoniam homines videar ab eorum obſequijs arcere, nam q poſthac inquient illi, regum atria frequentabunt: ſi ſe futuros illic miſeros intellexerint. At ego non id ago, vt principibus derogem, Sed illos potius, magnis leuo moleſtijs, inſtant aſſidue, quam plurimi, & nobiles, & magni viri, qui regũ aures obtundũt, dũ in curiam ſummis præcibus recipi poſtulant, Quos cũ nequeãt. reges aut vtiliter recipere, aut honeſte repellere, in magnaq; propterea ſint anxietate, gratia mihi non odium haberi debebit, ſi quem ex his monuero, curiæ regis vt ſuapte renuncient. nec timendum eſt meis ſcriptis id fieri, vt regum aulæ deſerantur. Erit enim ſemper ſtultorũ numerus infinitus, qui vitam beatam apud reges ſolummodo iudicent inueniri. Sed caue dicent alij, ne diuinis aduerſere præceptis, dum regum ſuades euitari ſeruitia, cum Petrus Apoſtolorum princeps, caput eccleſię, ſubiecti, dicat, eſtote omni humanæ creaturæ propter deũ, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus quaſi ab eo miſſis. Abſit autem a me ſcelus hoc, vt apoſtolo contradicam, vel regibus dicã non eſſe parendum, cum & veritas in euãgelio reddi, quæ ſunt cæſaris Cæſari iuſſerit, & quæ ſunt dei deo, Cumq; ad Romanos Paulus doctor gentium dicat, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nõ eſt em̃ poteſtas, niſi a deo. Clamo igitᷓ & ego, obedite pricipibus veſtris om̃es populi, ſubijcite vos ſublimioribus poteſtatibus omnes gentes, ſed memineritis quia Petrus propter deum vt ſubijciamini iubet, non propter opes, potentias, vel honores.

Excuſatio authoris

Solomon

D. Petrus

D. Paulus

Omnis poteſtas a deo

Psalmographus.

Occasio scribendi.

Syluius Aeneae pater Posthumus.

Historia Menippus.

Diuersae philosophorum de felicitate opiniones

Tiresias

Priuatorum vita optima

Gyges

Aglaus agelli cultor Appollinis oraculo felicis

At ita non sunt contraria meis scriptis, si cum propheta dixerim, nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Preterea q̃ plures obiectiones alias, quibus te responsorem constituo, si qui sint qui me velint amplius impugnare. Ego ad rem ipsam veniã, si prius q̃d hoc me disputare cõpulerit, paucis absoluero. Genitor meus Siluius, qui mortuo patre Posthumus natus est, paternũq; nomẽ tulit, adolescentie sue florem, apud antiquũ ducem Mediolanensem, huius Philippi ducis patrem peregit affectusq; tandem curiae tedijs, domũ redijt, vxorẽ duxit, filios genuit, & vsq; in hanc diem vitam quietam laudatãq; degit. Is cum ad se duo Senẽses iuuenes, admodũ nobiles, accessissent, Et an regi seruire conduceret percunctati fuissent, sic respondit. Menippus cum adolescens, apud Homerum Hesiodũq;, diuersa deorũ scelera legisset, ea licita esse, atq; honesta credebat, nam quod dij faciunt quis non arbitret honestum? hic vir postea factus, cũ illa tanq̃ turpia ꝓhiberi legibus aĩmaduerteret, ĩcertus animi, philosophos adijt, sciscitaturus ab eis, quęnam esset optima vita Sed neq; philosophi satisfecerũt, cũ inter se dissentirent, & alij voluptatem, alij vacuitatem dolorũ, virtutẽ alij, Quidam vero animi, corporisq;, & fortunae bona simul iuncta, vitam dicerent praestare beatã, incert ior igitur ille multo q̃ antea vt verbis vtar Terentij, cõsulere mortuos decreuit, & ad inferos penetrauit ac ex Tiresia, quia & ipse vates diuinatorq; fuit, vbi vita foret beata percunctatus est, Cui cũ vates diu respõdere negasset, in aures tandem insusurrãs apud priuatos viros, optimã vitam hoc est foelicitatem inueniri dixit. Gyges quoq; Lydorũ rex, quoniã se prę cęteris fortunatissimũ reputabat, Appollinem consuluit, quis suo tpe foelix esset, contempsit Oraculum regias opes & apparatus, atq; Aglaum quendã Archadem modici ruris cultorẽ, qui metas agelli sui cupiditate nunq̃ excesserat, foelicem esse respõdit. Vos igitur iuuenes, si quo modo optime viuatis quęritis, minime reges adibitis. Nam cũ ipsi foelicitatis exper-

sint, fœlices, qui sibi dicati sunt, nullo pacto possent effi
re. Quippe quod principibus seruientes, nihil sibi liber-
s relinquunt, vt ea cōsequi possint, quibus potiti mul-
sint q̄ antea miseriores. Virtutes em̄ o iuuenes, fœlicis
æ sunt effectrices, quæ a principū domicilijs exclusæ, si
ndo casu aut errore limen ingrediunt̄, e uestigio cogun-
fugere, perterritæ sinistris moribus, quibus in altis pal-
ijs viuitur. Quod si tempus differendi daret̄, monstrarē
bis omnes homines stultos esse, q̄ vitam habentes aliā,
qua possint honeste versari, in curias principum se præ-
itant. sed abest otiū. Ideo vos tm̄ moneo, vt agrū hunc,
triones & adulatores, & alios Nebulōes, metere sinatis.
i nigra in cādida vertūt. Nullus. est em̄ bonis viris apd'
ncipes locus. Nulla emolumēta laboꝝ, & vt Iuuenalis
rba resumā, Minor est hodie res heri quam fuit hæc eadē
s. Deteret, exiguis aliqd, sic Siluius genitor. illi ꝓo ab
ano proposito reuocati, domi manere, ac sibi & musis
ere decreuerunt At paterna vox minus in filio q̄ in ex-
neis potuit, nec em̄ me pater ab obsequijs curiæ potuit
ocare, q̄uis sæpe ne per principū vesanias me irem per-
um admonuerit. sed expertus sum, quod prius nō cre-
i, veramq; patris sententiam inuenio, de qua libet mihi
nc in hac epistola dissertare, grauiq; tuo iudicio, ac cen-
æ, cuncta remittere. nam & tu annis compluribus inter
icos canes latrauisti. Vidi te apud Albertū Cæsarē, ho-
rato in loco, & cū te primū noui orator suus, in Basiliē-
oncilio benedictionē sibi ex patrū cętu petebas, cum is
gni Vngarie dyadema, mortuo socero suo Sigismundo
esare suscepisset, atq; postq̄ is vita functus est, nō em̄ tri-
nio toto imperauit, ad nepotem eius Albertum Austrię
cem, te contulisti, cuius es adhuc consiliarius. Quamq̄
n sim nescius, ignaros reꝝ meę sentētiæ plurimū detra
ros, Quis enim infœlicius Curiales viuere crediderit:
n tu qui vir haberis & bonus, & sapiens, solutus semel
iæ vinculis iteꝝ te vincieris. Sed ego quoq; in eadē sū,

Sylu[ij] vitandæ aulę cō-silium.
Virtutes fœlicē vitā efficiunt.
Iuuenalis.

Aeneas in aula quidecim annos versatus

Lepida Historia.

Apostolus.

Consuetudo etiā mala nō facile mutatur

Horatius

❡ Potissima causa ob quā mortales sese in aulā pręcipitāt

Christi nostri vindicis oraculum

qua tu es causa, q annis iam quindecim Curialē seruitutem seruiui, & nunc ecclesiasticos, nunc sęculares secutus sum principes, & quamuis liber nōnunq̃ euaserim, mox tamē in vincula meapte redij. Itaq; possit aliquis opinari, vt solus vel cū paucis curiæ voluptatibus fruar, idcirco me mores curiæ corā alijs detestari, Sicut apud Mediolanū, q Bernardino pręedicatori contractus vsurarios accusabat, vt prohibitis ab his reliquis, ipse solus fęneraretur. Sed longe aliter est, nō em̄ q͞a placeat mihi curia, propterea versor in curia, sed ne leuitatis accuser, q gen⁹ vitę īceptū nesciueri, pseq idē & te arbitror sentire. Accidit em̄ nob sic ꝯiugatis, sūtem ad modū multi, q viuēte cōiuge m̄rimoniū damnāt, & vxoris obitū cupiunt libertatis amore, Semperq; illius ad Corinthios Pauli mandati meminerint, solutus es ab vxore noli quęrere vxorē. At hi postq̃ libertatē sunt assequuti, mox alteram ducunt coniugem, vt vix quidem exequias defunctę valeant expectare. Sic enim est hominum calamitas, vt vitam, quā viuunt diuq; vixerunt, & si malā sciant, mutare tamen aut nesciāt, aut nequeāt. hinc Horatius ad eos, q suam vitam damnantes, alienam laudant, Iā faciam q̃d vultis, inquit, Eris tu, qui modo miles, mercator, tu cōsultus modo rusticus, hinc vos, Vos hic mutatis discedite partibus, eia quid statis, nolūt. plurima sunt, mi Ioannes, quę nos cogunt perseuerare, sed nulla est ratio prior, quā ambitio quæ tanq̃ ęmula charitatis, oīa fert onera, quāuis grauissima, vt honoribus sęculi, ac popularibus laudibus efferatur, Quod si humiles essemus, & animā potius lucrari, q̃ vanam venari gloriam studeremus, haud multi profecto, in hæc tędia sese reciperent, Ad eos igitur, q ꝑpterea sequi reges volunt, quia prelatos & doctos viros in curijs esse conspiciunt, Saluatoris nostri Iesu vocem obijciam, Super cathedram Moysi sederūt scribę & Pharisei, quæ dicunt facite, secundum opera eorꝝ nolite facere. Non igitur q̃d insignes viri, & magistri vitę, faciūt, sed q̃d facere debeant, imitari oportet. Expēdat prius seipsū, qui se dicare vult

regibus, an tollerare labores, famē perpeti, sitim sufferre, contumeliasq́ȝ valeat sustinere, Deinde prospiciat dilgenter, vtrū ex curia conseq possit, q̄d suus desiderat animus. Mihi angustię apud pricipes infinitę, intollerabilesq́ȝ videntur, & quę homies optāt, illic nullatenus inueniri. Quo fit, vt verā sententiā patris arbitrer. de qua nunc transigemus. Repetēda ē igit̄ paterna vox, quid ille stultos esse autumat singulos, qui nō coacti pricipibus seruiūt. Clara vox, dura tamē fortasse nōnullis videt̄, sed audi iam quo pacto probetur. Stulti quo ad propositū nostrū, tribus modis dicuntur homies. Stultus est quicūq́ȝ id quęrit, quod inueniri non potest. Stultus est & q quęritat, quod nocet inuētū. Stultus q̄q́ȝ & ille est, qui sine proposito ad quē tēdit, quū plures habeat callęs, deteriorē deligit & periculosiorē, vt si Romā petiturus, cū duæ sibi pateant viæ, altera breuis atq́ȝ secura, altera longior & plena latronibus, pgere vltimā velit. Curiales igit̄ homies, aut primā stultitiā incidūt, aut alterā, aut tertiā, aut em̄ q̄d assequi nequeūt inuestigāt, aut quod inuētū detrimēto sit, quærūt, aut semitā peiorē deligūt. Quas res longe melius cognoscemus, si quę sint Curialiū desideria, & quos sibi cōstituāt fines pūiderimus. Mihi vident̄ oēs, qui regū vel principū latera stipāt, aut honores quęrere, famamq́ȝ sęculi, aut potentiā, aut diuitias, aut uoluptates, nec eo inficias nōnullos esse, q se apud pricipes lucrari animas arbitrentur, vt meritū tāto magis nanciscantur, quāto cū maiori periculo militauerit. de his igit̄ qninq́ȝ generibus hoīm dicēdū est nobis. Quos tm̄ distare vt sapiētes sint ostēdem⁹, vt facile quis eosdē delyros, amētes, insanos, ac stultissimos q̄at cognoscere. Pri⁹ tn̄ q̄ hæc aggrediar, oēs oratos esse volo, ne quēpiā principū carpe me cēseāt, aut q̄uis pacto serenissimo diuoq́ȝ pncipi nr̄o Federico Cęsari detrahere. nā & si dictur⁹ int̄ disputādū fuerī, vitiosos pncipes esse, ac libidinū ac stultitię seruos, nō tn̄ oībus id adscripserī Nec em̄ me latet iueniri, nōnullos virtutū & scīmoīę cultores, q a pncipatu vitia diuio q̄dā timore separēt Queadmodū boni apd' gētiles pncipes August⁹

Aulicę vitę se dedituri pēdāt Quid valeant humeri aut qd ferre recusent.

Trifariam stulti dicūt.

Varię causę ob q̄s mortales in aulicorȝ tribum descendunt.

Aeneas in malos dūtaxat pricipes inuectur testatur

Nōnulli pncipes virtutū amatores.

Vespasianus, Titus, Traian⁹, & Antoninus pius, sunt habiti, Et apd' christianos Cōstantinus, Archadius, Honorius, Theodosius, Carolus magnus, & quē Bāberga veneratur Henricus sanctus, quibus si vel pietatem, vel mansuetudinē, vel pacis amorem, vel iusticię zelū, vel religionis affectū requiris, Federicū nostrū nulla in re minorem inuenies, tantūq; abest, meis, vt sibi scriptis, velim detractum, vt eius laudes illustrare & versibus quoad possim, & oratione soluta decreuerim. Nec me nunc eius curia detineret, nisi sua me bonitas allexisset. Sed me quanta sit curialiū infœlicitas ostensurū, nō quid ipse & alij pauci, quos ęquus amauit Iupiter, & ardēs euexit ad ęthera virtus, sed quid cōmuniter principes agunt referre oportuit. Quod si omīa, que inferius mala recēsent, in nostri principis inueniri curia dixerim, aperte mentiar, nec minus mentirer, si nihil horū esse cōtenderim. nec ego quēquā momorderim Quia sic est hominū vita, vt plus mali ꝙ boni vbiq; reperiatur. Nostra intentio est fatuos esse, qui principibus hęrent, disputando mōstrare. Iamq; illos aggrediamur, ꝗ tanꝗ appetētes honorē principibus seruiūt, aduersus quos libet cū Iuuenale exclamare. O medici mediā pertundite venam. Delyrāt em̄, qui propter honorem principibus famulant, ad quorū purgandas mentes, non meis scriptis, sed elleboro potius esset opus. Quis em̄ verū honorē in aulis pricipū dixerit inueniri. dantur honores in curijs non secundū mores atq; virtutes, sed vt quisq; ditior atq; potētior est, eo magis honoratur, nam quē vnꝗ pauperē, tāetsi præstanti virtute prędituū, regū aliquis sublimauit. Audio quod obijcis, fuerunt nonnulli obscuro nati loco, atq; inopes quondam qui nunc omnibus sunt prælati, Sic enim principes voluerunt, sed quos sic oro prælatos ais: nempe quos suis moribus conformes inuenerūt, ꝗbus moribus: auaricię, luxurię, libidini, crapule, crudelitati, sic est sane. Placet auaro regi, qui pecunias vndecūq; refert. Gratus est libidinoso, qui virgines atq; maritatas sibi cōciliat. Carus est ebrio,

Laus Fędericí imperatoris

Poeta

Sententia

Quales Aeneas cēseat, ꝗ gloriolæ aucupandæ gratia se in aulas conferunt.

Pares cū paribus facile cōgregantur.

Dignū patella cooperculum.

qui combibit. Crudeli iucundus est, q sanguinem q̃ multũ effudit humanũ. Nemo acceptus est, nemoq; ex paruo statu prȩfertur alijs, nisi aliquo facinore magno, sese principi conciliauerit. At hic non est verus honor, nec stabilis, q ex radice venit non bona. Vera gloria, vt inquit Cicero, est illustris ac ꝑuagata multorꝝ & magnorꝝ, vel in suos ciues, vel in patriã, vel ĩ om̃e genus hominũ, fama meritorꝝ, quã nec principes assequũtur, nec qui seruiũt eis, cum vitijs fere om̃es sint dediti, nec bonũ aliqd agunt, nisi fortuito. At transeũti tibi per vrbẽ inclinabũt homines, denudabũt capita, cȩdent loco, salutem dicent, manus osculentur, ita est certe, at vbi transieris, digitos retro tendent, subsanabũtq; tibi, Ille est, inquient, q principem nostrũ seducit, q bellum suadet, qui vectigalia auget, qui onera nobis importabilia cumulat, qui verso pollice quos vult ex nobis occidit. Quẽ dij deȩq; om̃es perdant, ne sub eius tyrãnide diutius simus. Huiusmodi est honor Curialiũ. qui, si te quisquis es oblectat, non verebor te stultũ, atq; insanũ affirmare, qui oblectationes tuas, in re fallaci, vana, atq; omnino falsa, reponas. At vero parasitorum vocibus quantum tribui debeat q te gratia cȩnarꝝ laudant tu ipse nosti. Prȩtereo histriones atq; ioculatores & totius vulgi laudes, quas vir prudẽs pro nihilo reputabit, quia nulla est, vera laus, nisi a viris proueniat laudatis. Adde q om̃es curiȩ sequaces, nõ quibus praesint, sed a quibus prȩcedant̃ inspiciũt. & altius semper euolare nituntur atq; cũ reliquos prȩcesserint, ipsi demum regi incipiunt inuidere, qa in explebilis est humanȩ gloriȩ appetitus. Cui post q̃ te dederis, sem̃p Ciceronis illud in ore habebis. Quicquid est em̃ quãuis amplũ sit, id certe parum est, cum est aliqd amplius. Est insuper philosophorꝝ sententia, ac prȩsertim Aristotelis, In honoribus non esse finẽ ponẽdũ. qa & res incerta est, & ĩ potestate alterius, & q seruit honori, & huius seculi famae, necesse est vt multa faciat inuitus. interdumq; plus hominibus, q̃ deo seruire cogitur. Duo igit̃ cũ sint honores, alter virorꝝ bonorꝝ, alter multi-

Cicero.

Verȩ gloriȩ descriptio.

Insani in re futili fallaciq; oblectamẽta ponẽtes.

Nulla ẽ laus quȩ nõ a laudatis profiscicit̃ viris.

Contendũt de loco a uli ci.

Insatiabilis hũanȩ glĩae appetitus.

Duplex honor.

tudinis. Stultus est, q̄ primū apud reges venaẗ, qa inueniri verus honor nō potest, vbi v̄tutes nō regnāt. Qui v̄o alte-rū q̄ritat, multo stultior est, qa & rem p̄nitiosam sequiẗ, & vitiosam, instabilē, & incertā. atq̧ hi quidē perpetuis cruciatibus affligunẗ, Cū sibi p̄ferri plurimos, & sępe indignissimos videāt, nec q̄ honoris est auidus, vsq̧ magis q̄ in curijs affligiẗ. Atq̧ nūc satis de honore sit dictū. Nūc ad potentiā

Potentiam apd' aulicos frustra quę-sieris.

trāseamus. Pulcrū videẗ nōnullis apud p̄ricipes esse potentē, Tutorē vocari regis, pręcipere alijs, bellū indicere, pacē cōponere, posse obesse ac p̄desse q̄pluribus, sed multi decepti sunt, dū posse apud reges plurimū quęsiuerūt. Apud

Seianus

Tiberiū Neronē Claudiū tam potēs Seianus fuit, vt imperatore apud Capreas cū rege Chaldeo sedēte, solus hic imperiū administraret, scd'mq̧ illud totius orbis caput venerabaẗ. & quippe si ante ipsum oppressa Cęsaris senectus fu

Nulla potē-tia diuturna

isset, hūc viꝝ populus Augustū vocasset. Sed nulla est apd' p̄ricipes diuturna potētia, nulliusq̧ status debilior, nulli' incertior, nullius infirmior est, q̄ eius, q̄ apd' principē videtur esse potētior. Sūt ęmuli multi, simultates, odia, oīs po

Sententia.

tentia magnę inuidię subiecta est. Incidūt suspitiōes, parantur insidię, p̄strepūt vndiq̧ delatores, atq̧ vt oculus parua

Similitudo.

festuca turbaẗ, sic p̄ricipū gr̄a offensiuncula vel minima cadit. interdū etiā nullo crimine perdiẗ, T m̄ apd' p̄ricipes sub

Adrianus delatores magnifec

dola lingua potest. Apd' Adrianū imperatorē, delatoꝝ voces adeo valuerūt, vt amicos, quos ad sūmū promouerat, postea hostiū loco habuerit. Sed ad Seianū redeo, vis nesalutari sicut Seianus, & tā esse potēs, vt ille fuit. At hic vnica principis ep̄la captus est, ac per vrbē vnco ductus, ad spectaculū, & in Tiberis ripa trūcatus, oēsq̧ ipsius statuę ex capitolio deiectę sūt. Perlege sacras l̄ras, quod Saul, q̄t David, q̄t Solomō ex his, qui apud se potētes erāt, occidi iusserūt. Abimalech qa potētē apud se vidit Isaac, ex regno re

Historia

pulit forsitā & iterfici iussisset, nisi digitus dei cū illo fuisset.

Clytus.

Clytū suę nutricis filiū, q̄d sibi ausus Philippi patris laudes cōparare fuisset, Alexāder Macedo sua manu iteremit. Ex-

tæ nostri tēporis admodū multa exempla, quę cōsulto prę
tereo, ne cui videar detraxisse. De magno regni Apulię Se-
nescallo, nemo me dicere prohibet, q̄a tuta est in mortuos
reprehēsio. hic apd' reginā Iohānam, primo in loco fuit, po
tentiāq; suā eo firmiorē putabat, quia & stupris sese insinu-
auerat. At regina cōuersa in aliū amore, percussores ad illū
noctu trāsmisit. Quo mortuo alios sibi cōcubinos substitu
it. Ferrari sūt, q apd' reges perpetuo sūt potētes. Sępe q he-
ri placuit, hodie displicet nullū est in atrijs principū maius
studiū q̄ vt alios de gradu pręcipitēt, & se erigāt. Potentatū
qlibet appetit, nulla inter Curiales habitat fides, non frater
a fratre tutus inuenit, nec patri filius fidus, nec filio pater,
Quilibet sibi studet, omnes præferri volunt, omes manda-
re. si quis potens est mille circa se oculos habet, & totidem
linguas ad ruinam eius aspirantes. & vnus hinc & alius il-
linc præmit. Nimirū multos timere habet, q multū potest
Et illum omnes oppugnant, qui pricipi gratior existima-
tur. Ruunt turres, quæ iuxta flumen sitæ, perpetuum in se
aquæ cursum recipiunt. quid tu facias? qui ex vnius vo-
luntate dependes, in cuius amore, nec ferro, nec plumbo,
sed cera fixus teneris, quam vel infrigidatus amor excuci-
at, vel ire feruor eliquabit. Non omnibus tantum arridet
fortuna, quantū Cancellario nr̄i Cæsaris Gaspari Schlick
Quem vel miranda fati clęmentia, vel singularis virtus,
atq; præstantia, quæ in paucissimis hominibus reperitur.
Apud tres Cæsares, inter primores potentem reddidit. Ali
os vix vnq̄ vidimus in curia successores tales esse, q̄les apd'
antecessorē fuere. Sed p̄cipitari cōplures ex gradu cernimꝰ
ita vt q̄nto prius honoratiores, ac potētiores cēsebant, tāto
exīde debiliores, īhonoratioresq; fiūt, & sint inimicis gau-
dio, amicis ꝟo & ꝑpinqs & sibi dolori, molestię atq; dede-
cori. Est aūt hic vulgatissimꝰ eorꝫ finis, q apd' pricipes vel
honorē vel potētiā, q̄ritāt q̄s i errore tā manifesto cōprehē-
sos, stultissimos eē nemo negauerit. Nec plura de potētia.
Nūc diuitias ꝑseq̄mur, q̄s mi me dubiū ē cōplr̄es mortales

Historia.

Tuta ē mortuorꝫ repræhensio.

Memorabilis sententia.

Nulla apud aulicos fid's

Sententia.

Cōparatio.

Gaspar Schlick.

in Curiales carceres attraxisse, qui cū Horatio laborem ferre se dicūt, Senes vt in ocia tuta recedant, Quidam vero Iuuenalis referunt verba, Quando ego figā aliquid Quo sit mihi tuta senectus a tegete & baculo. aduersus q̄s possem saluatoris nostri sermonē referre, q tam difficile dicit intrare diuitē regna celorū, q̄ per foramē acus transire camelum Quo fit vt stultū sit diuitias querere, & spem patriæ celestis amittere. Nec mihi quisq̄ famis timorē adducat, quasi non habeat Christus vnde alat pauperes suos. Apostoli nauim & retia reliquerunt (vt inquit Hieronymus) nec tñ illis q̃ q̄ defuit, libertas Christi & pauperū olera. Cresi diuicijs preferunt. Sed ista fortasse nimiū religiose dicunt, nec talia sūt que vulgo probari queant. Agamus igit̃ pingui minerua, cōsentiamusq; Iuuenali, Aristoteli, ad fœlicē vitā opus esse diuitijs, q̄a nō facile emergūt. Quorū virtutibus obstat, res angusta domi. Sunt qui se posse putāt diuitias cumulare, principibus seruientes, at hi vt diuitias cōparent, libertatē vendūt, nec tamē diuitias assequūtur. nā si tibi priceps vel bñficia contulit, vel feuda cōcessit, vel res alias, tāto magis seruire teneris, quāto maiora sunt dona. quod si aliūde nescis, ex Gregorio discito, cū eīn inq̄t ille augent̃ dona, rationes etiā crescūt donorū. Quod si tūc ex curia velis abire, cū diues es factus, mox oīa pdidisti, inuenit̃ causa, submittit̃ accusator, cōuinceris reus, etiā nō cōmissi criminis auferunt̃ bona, & ne cōqueri vnq̄ possis eripit̃ & vita. Si vero ī curia pseuerauerīs, ꝯuenit te ad q̄uis īperia regīs esse paratū ire ī bellū, p latrōes trāsire, nauigare in mari, manere in peste, mille capitis adire pericula, iustū atq; īiustū exeq mādatū ridere & flere cū rege, laudare q̄ laudat, vituperare q̄ vitupat. Nulla tibi aut ī v̄bis aut ī opib⁹ libtas superit Quid igit̃ stulti⁹ est q̄ diuitias p tot tormēta cōgerere, cū sit manifesta phrenesis vt Iuue. ait Vt locuples moriarīs, egēti viuere fato nōne pterea delyramētū est, q̄a duo vl̄ tres cumulauerīt opes, oēs libalitatē, munificētiā, expectare, & nō poti⁹ īfinitos respicerē. q dū regib⁹ seruierīt ad extremā īopiā sit deducti

Diuitiæ periculo apud reges comparantur Christi nostri vindicis oraculum

Hieronym.

Iuuenalis.

Gregorius.

Aulici libertate īestimabili bono p̄uantur

Iuuenalis

Iam dabitur inquit persius, Iam iam donec deceptus & exspes me ne quicq̄ fundo suspirat nūmus in imo. Diuitibus nōnunq̄ diuitię dari solent, sicut in mare feruntur aquę, nemo pauper q̄uis diu, & admodū vtiliter seruierit, tm̄ praemij reportabit, quantū diues ex obsequio paruo. non em̄ seruitia in curijs principū, sed personę ponderant̄. Nam & paruos parua decent, & magnos munera magna. nec donare reges solent, quod nequeant, cum libido fuerit, auferre. Itaq; nec rem donatā si velis alienare poteris, nec in aliud regnum transferre, nec ex ea quicq̄ disponere, quod regi non placeat. Non sunt igitur tuae huiusmodi diuitię, qbus non potes vti pro libito, quid quod neq; testādi facultatem habebis, namq; si liberis careas, nemo tibi nisi princeps erit hęres. si assint filij nisi & hi principi seruiant, non succedent tibi. Taceo quot diuites necati iussu eorꝝ sunt, qui eos ditauerant. solent em̄ principes sic nōnullis multa largiri, sicut & nos sues pascimus, vt eos postq̄ impiguati fuerint deuoremus. sicut de Seneca Longinoq; legimus, quos propter diuitias interemptos Iuuenalis affirmat, his versibus. Temporibus diris igit̄ iussuq; Neronis Longinū & magnos Senecę prediuitis hortos, clausit, & egregias Lateranorꝝ obsidet aedes tota cohors, perierunt em̄ & Laterani propter diuitias. Sancte igitur scriptū est, & vere, q amat diuitias fructū non capiet ex eis. Adde quod paucissimi reges, quae sua sunt donant, rapiunt em̄ vt donent, quę nec vera sunt dona, nec iuste possidentur. cumq; vix regnū vllū inuenies, quod non sit vel partū vel cōtinuatū fraude. quid est quod iuste largiri possint pricipes. vnde pecunię? vnde iocalia veniunt? quae apud principes sunt, nisi ex raptu vel venditione iusticiae, aut ex spolijs ecclesiarū. At ista sunt iniquitatis pręmia, quae nec regi prodesse neq; tibi vtilitati, si donata fuerint esse possunt. Relinquamus igit̄ hāc diuitiarꝝ cupiditatem, quia non implet̄ auarus pecunia. Et auaro (vt inquit Hieronymus & Seneca prius dixerat) tā deest quod habet q̄ non habet Scimus scripturam dicentē,

Persius

Dant̄ opes nullis nunc nisi diuitib⁹

Iuuenalis.

Hieronim⁹

quia nō proderunt diuitię in tempore vltiōis, diues em̄ cū interierit non sumet om̄ia & nō descendit cū eo gloria domus eius. Viuamus obsecro, tanq̄ nihil habentes, & omnia possidētes, victus atq; vestitus (vt iterū Hieronymi verbis vtar) diuitiæ christianorū sunt, & has potens est dn̄s nobis absq; ministerio principū tradere. diuitias veras apud reges vel non inuenimus, vel tales inueniemus, quas longe melius fuerat nō inuenisse. Et hæc de diuitijs libasse sufficiat, ex q̄bus (ni fallor) monstratū est stulticię operā dare q̄ propter opes principibus seruiūt. Nūc admonet tempus vt de voluptatibus disseramus, in quibus multi mortales beatitudinē posuerunt, atq; in primis Epicurus vir alioqui magnus, quē philosophi nostri temporis, magis verbis q̄ factis reprobāt, nam quotus est obsecro vel theologorum q̄ voluptatibus non inseruiat, quāobrem si quē forte inueneris, q̄ aspernetur oculis pulchritudinē rerū, nō odore vllo, nō tactu, non sapore capiatur, secludatq; auribus omnē suauitatē, huic homīes & fortasse pauci deos propitios plęriq; autē iratos putabāt, in oratiōe pro Marcello Ciceronē dictantē inuenimus, quibus in verbis om̄es quinq; sensus tetigit, q̄bus voluptates hauriunt̄. Cūq; duę vię sint, q̄bus humana vita cōtinetur, altera virtutū, altera voluptatū, illa deserta, inculta, atq; interclusa frōdibus & virgultis, hęc semper hoīm frequētia terit̄, nec quisq̄ est qui voluptati nō obsequat̄, suntq; admodū multi, q̄ tanq̄ voluptatibus fruituri, obsequia principū amplectūtur. Quod q̄ stultissimū sit, operepræciū fuerit ostendisse, ac de voluptate, quę primū oculis percipit̄, primū dicamus. Oblectant̄ nōnulli, dū splēdidos equites cōspiciūt dū bella geri exercitusq; cōcurrere vidēt, dū formosas cultasq; mulieres intuent̄, dū cętus hoīm ornatorū, dū ludos, dū iocos, dū pulchros equos dū picturas, dū sericios pannos, purpureos, aureos, dū mirificas vestes, isignes vrbes, egregias domos, alta palatia, marmorea tēpla, sculpturas, testudines, viridātia prata, lucos, fōtes, flumīa, feras, serenū aerem, mōtes apricos, amenas

D. Hieronimus. Christianorū diuicię victus & amictus.

Philosophi nostri Epicurei

Duę mortalium viæ

Stulte faciunt q̄ causa voluptatis aulā sequūtur.

De voluptate oculorū.

vallęs,armenta,canes & huiusmodi cętera contemplant̄.
At hęc oīa multo iocūdiora sunt,priuatis hominibus,q̄
curiæ obligatis.nā q̄ seruitio regū mancipatus est,in bellis
nō vt spectator,sed vt miles aderit. & huc atq; illuc cōcur-
sabit,ac hostem ferire,seq; tueri magis quā oblectare ocu-
los cogitabit.Mulieres nō intuebit̄, nisi cū regi placuerit,
tūc q; illas videbit,quę alijs gratę,sibi molestissimę sint.Or
nati vestibus hoīes, plus inuidię,q̄ voluptatis prębebūt
Et alienos equos & meliores & nitidiores,q̄ sui sint,n ōles-
tabit̄ inspexisse.Iocis atq; ludis p̄raro intererit, lateri regio
semp̄ assistēs.palacia vero templa,picturas,multo facilius
spectare mercatores,atq; priuati hoīes q̄ Curiales possunt.
cūq; reges perraro suoꝝ regnoꝝ limites exeāt,vrbes inspi
cere nō nisi vnius regni poteris,nec quid apud alias gētes
sit præciosū videndi tibi copia dabit̄.Ea quoq;,quę in cam
pis sūt visu delectabilia,rarissime inspicies, domo clausus
quasi captiuus,nec vnq̄ exibis nisi cū rex vel venari volue-
rit,vel aliter aīm relaxare,q̄d tūc fiet maxīe cū velles domi
manere,cum niues agros cooperuerint,vel cū solis feruo-
re mūdus ardebit.Sed marcet plęrumq; sub tecto squalida
puluerib⁹ pars maior Curialiū,nec ī choreis atq; tripudijs
fęminaꝝ delectatio datur,cū tu illā respicias,quę in aliam
fert̄,& te nedū spernit sed etiā odit.Nulla dies est ī qua mil-
le res nō videas,quę tuū cōturbēt aīm.semp̄ tibi ante ocu-
los inimici sunt,osculariq; manū persępe cogeris,quā trū-
catā videre velles.facileq; plus amaritudinis,quā dulcedi-
nis,visus tuus ex curia reportabit.At in auditu dices mag-
na est Curialiū delectatio,tū nouitates totius orbis, dum
viros sapientissimos loquētes,dū gesta viroꝝ magnoꝝ dū
cantus sonosq; audiūt musicoꝝ,credo & hoc plęrosq; deci
pere.Sed medendū est etiam huic parti,ne q̄s oblectaturus
aures curię se astringat,ac molestiā p̄ voluptate p̄cipiat.nā
q̄d tu mihi de nouitatibus ais,absq; negotio cōfuto.cū plu
ra illic displicētia,quā grata audiāt.cū nūc ciuitates captę,
viri p̄stātes occisi,spolia facta,rapię cōmissę victores mali.

Mulieres

Ornati vestib̄

Equos Alienos

De volupta
te auditus

victi boni, sepius referātur. viros autē sapiētes, qui de moribus ac secretis naturæ disputant, quicq; historias referūt, non nisi per adulationes apud principes accipies. Quod si nōnunq̄ oratores atq; philosophi diserti curias adeūt, orationesq; corā principibus habent, non tā dulce est eos illic audire, vbi cum metu magis loquuntur q̄ in scholis vbi sunt liberi, & ad veritatē nō ad cōplacentiā fanī. Hinc est quod Athenis dū libera ciuitas fuit, & Romę dū consules remp. gubernabāt, literaꝝ studia maxime floruerūt. in curijs vero quilibet sermo per adulationē habetur, nihil ad verum dicitur. cōmendanī mali, boniq; vituperanī. Sunt qui veterum narrant historias, sed mendose atq; peruerse, claris auctoribus nō crediī, sed fabellis inanibus fides adhibeī. plus Guidoni de columna q̄ bellū Romanū magis poetice, quā historice scripsit, vel Marsilio de padua, qui in translatione imperij, quæ nūq̄ fuerūt ponit, vel Vincentio morcho, q̄ Liuio, Salustio, Iustino, Quinto Curtio Plutarcho, ac Suetonio, præstantissimis auctoribus creditur. Cytharistas vero ac cantores quamuis curia solet optimos habere (plus eñ hoc genus hominū quā philosophoꝝ vel poetaꝝ principibus placet) non ad tuā sed regis audies voluptatē, cūq; dormire, aut aliud opus agere velles, tū potissime isto rū sonis aut cātibus inqetaberis. Oīibus hoc viciū est, cantoribus int amicos (inqt Horatius) vt nūquā inducant animum cantare rogati, iniussi nunq̄ desistunt. Quo fit vt cum nolis audias, cum velis nusquā appareāt. & tamen his singulis calendis aliquid cogeris elargiri, Quid quod omnia iurgioꝝ, atq; rixarū sunt plena, vnus alteri maledicit, increpant se inuicem, Blasphemiæ in deos sanctosq; iaciunī, oēs in confuso loquuntur. tot clamores sunt, vt vix sociū qui prope te est valeas audire. Quilibet sua facinora narrat. cū derogatione alterius. Illi suam patriā laudant, & alienū vituperant. Spurcissima vndiq; verba personant, nulla in vbis modestia, nulla reuerētia, nullus pudor, scurrę semp audiuntur, vel detrahentes, vel ructantes. Nam his solis li-

Raro ergo princeps veritatē audit vt ille ait.

Guido de columna.

Marsi, de Padua

Vincentius Morchus

Cytharistæ

Horatius

Cantores morosi

bertas est, quicq̃d aut facere velint vel dicere; at hæc, si q̃s sapiat, surdus potius esse velit, quã audire. Iam de tactu pergamus, in quo venus potentissime dominatur, quã nõnulli rerum ignari blandissimã in curijs esse cõfidũt, ex eo errãtes, quod mulieres eos amare cõsueuerũt, qui vestibus ornati sunt, qui crines ventilant, qui torneamentis intersunt, qui canũt, qui choreas ducũt qui sem per lęti atq; hilares inueniuntur, sicut Curiales esse videntur. sed minime ita est, vt grata sit his Venus. nã si qua est mulier, quæ hos amet non tamẽ eis se credit, quos loquaces agnoscit, iactatores, instabiles, pluriũ amatores, nisi forsitan aliqua est, quæ famam paruifaciat, tũq; multi circa vnã cõcurrũt, nec vllã sine riuali diliges. hinc rixe, cõtentiones, odiosa verba, & interdũ verbera, & homicidia, nullã nutrire modico poteris, cui adsint qui multa promittãt, Veniet alter te pulchrior, aut acceptior, nulla mulier est quæ vno contenta sit viro sępe cũ amicã petes, aut aliũ cum ea inuenies, aut ipse illam, ad aliũ reperies, quod si tibi grata obtigerit, & fida puella nõ poteris nisi raptim ac furtum esse cũ illa, neq; enim seruire regi & amori poteris. quia vterq; insolens dominus est, & q̃ hominẽ totũ vult sibi. Adde q; nedũ amicã, sed nec coniugem in curia pudicã seruabis, tot sunt vndiq; proci, tot formosi iuuenes, tot lenę tot promissores, vt nec castissima cõiunx resistere tot impugnationibus possit. quia si probissima fuerit, deserenda est tamen, cum indies curiæ principũ moueantur, siue cõiunx sit siue concubina. tunc anxietas animi, mentisq; dolor, quia nec cũ amica remanere, nec illam ducere tecũ potes. Et instabilitatẽ fæminę remanẽtis, cuius est in horas mutari, semper suspectã habebis. Iũge irrisiones, & detractiones, quæ fiũt amãtibus, dinumera discrimina, pondera suspitiões. Oĩa hæc cũ sint priuatis grauia, Curialibus certe importabilia sunt. nec vsq̃ minus q̃ in atrijs regũ tactus oblectatur. Sequũtur alij duo sensus odorandi atq; gustandi, qui partim coniuncti sunt, partim disiuncti, namq; dum fercula redolentia, sapidaq; comedimus

De voluptate Tactu.

Aulicis nõ est grata venus.

Impudens mulier mauult vno oculo, q̃ viro vno esse cõtenta.

De voluptate olfactus, & gustus

vterq; sensus letatur, si quis aut florum aut vnguentorum sequatur fragrantiam, non gustum sed odoratum iuuabit. & officium suum odoratus amittet cum in palato cibus masticabitur At hi, quibus in solo palato est causa viuendi, stulti sunt, & pecudum vitam, non hominum sectantur, Nam & Apostolus eos vituperat, quorum deus venter est. Rem namq; damnatam sequuntur, quis plurimi propterea velint regibus obsequi, vt bibere atq; edere maxime possint. & quia principes optimis vtuntur vinis, atq; cibarijs, vesci se quoq; eisdem sperant, potaturosq; cum regibus se confidunt. At sicut muscę pingues mensas, sic isti vnctas dominorum popinas insectantur. quis regalibus epulis magis muscę, quam isti potiantur. Videamus igitur apud fastigium regale, quanta sit Curialium edendi atq; bibendi voluptas, quae sane tunc optima est cum fames adest atq; sitis, cum nec ista nec illa protrahitur. at in curia perraro ante meridiem cibaria distribuntur, quo tempore non famelici, sed rabidi sunt homines. quibusdam vero, expectatio longa, debilitatis spiritibus, appetitum subripuit, alij modico pane vel caseo praegustato, orificium stomachi clauserunt, quo fit vt alij vorent quicquid apponitur, & ad crapulam impleantur, alij vel minimum sumere nequeant, interdum in ortu diei & ante lucem fercula sunt apposita, quae nisi comederis, vsq; in noctem ieiunabis. nec tamen stomachus officium fecit, nec appetitus adest, cum post meridiem pransus fueris rursus post horam cęna proponitur, nunquam in suo tempore cibus offertur. hinc subitae mortes, atq; intestata senectus, & orexis, & vomitus, & iliorum dolor, & calculus & morborum omnia genera fiunt. qualis cęna, tamen vinum quod nollet succida lana pati (vt Iuuenalis ait) affertur, quod cum biberis insanus fias, acetosum, aquaticum, corruptum, pendulum acerbum, aut frigidum, aut nimis tepidum, colore saporeq; malo. Taceo illos principes, qui tantum in potu ceruisiam praebent, quę cum vbiq; amara sit in curijs tamen etiam amarissima est. nec tibi aut in argen-

Qui iccirco viuendum censet vt comedant pecudum vitam viuunt.

Apostolus.

Aulicis raro aut numquam debita tempestate offertur victus.

Cibi non congruo tempore oblati, innumera morborum & quidem grauissimorum genera procreant.

Vinum aulic.

Iuuenalis.

Ceruisia amariss. aulicis.

to, vel in vitro pocula dari credas, namq; in vno furtum timetur, in altero fractura. potabis igitur ex ligneo scypho nigro, antiquo, fętido, in cuius fundo fex concreta est, in quo sæpe minxisse domini consueuerunt. nec tibi vni scyphus dabitur, vt si velis vel aquam misceas, vel purum bibas, sed in communi potabis, atq; ibi mordebis, vbi nunc vel pediculosa barba, vel saliuosum labium, vel immūdissimi dentes fuerunt. Interea vinum antiquum, in tua præsentia regi propinabitur, cuius tanta fragrantia est, vt eius odore tota domus impleatur. Bibet ille muscatellum, maluaticū, ex gallijs ex matringali ex Riparia Ianuensi, ex Hūgaria, atq; ex ipsa Græcia sibi afferri vina iubebit. nec vnq̄ tibi vel minimum cyathum cōmunicabit, quamuis cardiaca passione crucieris. quod si bonum vinum ante te sit, nō tamen iocunde sapiet, cum melioris fragrātiam hauserint nares. velles nonnunq̄ bibere, sed non audes, nisi maiores incipiant, nec famuli vinum apponunt, nisi post medium mensę, quod si ante petieris & importunus, & petulās, & ebriosus, vocaberis. nec sine ignominia, q̄d postulas obtinebis, nec ad tuam sed ad maiorum sitim potabis. Vinum postq̄ in mensa fuerit, per multas manus transibit, anteq̄ ad te veniet. nec speres mundari scyphū dum pincernę remiscent, quamuis in fundo fex hęreat, vel intus aliquis ructauerit. nam sicut in templis aquæ benedictę superinfunditur, sic in atrijs principū vinaria vasa, quibus familię potant, in anno semel euacuata mundantur. nec in vino tantum sed in aqua quoq; cruciatus inest. nā si stomachus domini vt Iuuenalis īquit feruet, potuq; ciboq; frigidior. Geticis petitur decocta pruinis. quibusdam in ęstatem seruatur glacies, atq; hac in feruoribus vina frigesiunt, nec tibi minima portio dabit̄, maioriq; siti cruciaberis, qa vidēdo nihil gustab̄. Quid tibi de mappis dicā nigris, laceris, vnctis, quę ne dū tibi fastidiū moueāt, sed manib⁹ applicāt̄, teq; sequūt̄, si qn̄ te volueris t̄gere, q̄d plr̄es veriti, madidas pīgui

Quæ pocula dātur aulicis.

Multi aulici vno poculo vtuntur.

Iuuenalis.

Mappę aulicorum immūdissimę

fure manus in proprijs desiccant vestibus hinc est illud ab-
domen quod in pectoralibus Curialiũ cernis, vt satius sit
in stabulis porcoꝝ, quã in curijs comedere dñoꝝ, nã men-
salia illa munda, sericia, duplicata, solis principibus serui-
unt, & indies mutanť, tua trũcis affixa tãdiu vt a mẽsa vix
Quis cibus in curijs.
discerni possint. Audi nunc cibaria, & sume voluptatẽ, si
potes, nulla tibi alia mactanť animalia, quã boues, capræ,
porci, vel vrsi, nec ista recentia, vel paululũ trita, sed post-
ꝗ fętere cæperunt dispensatores emere solẽt, nam quo mi-
Carnes
noris emunt, eo magis furanť. Carnes tuæ frigidę, bis co-
ctę, immũdę, insipidę, fętentes, fumo & carbonibus ple-
Caules
nę, nullis cõdimentis, nullis salsamentis, speciebusq; nul-
Rapa
lis apparatę, Caules putridi, rapę marcentes, & mustide, le
Legumina.
gumina semicocta, cicera, pisis, fabis, lentibus interdũ pul
ueribus atq; cineribus mixta. Caseus raro ad te venit, aut si
Caseus.
venit viuus est, plenus vermibus, vndiq; ꝑforat⁹, situ squa
Butyrum.
lidus saxo durior. Butyꝝ fętidũ, lardũq; rãcidũ, tua fercula
Lardum.
condit. Oua tunc apponuntur tibi cũ iam pullos alunt. Py
Oua
ra & poma marcida, quæ nisi tu comederes porcoꝝ esca fu
Pyra
issent. Oleum, quo tibi vel pisces vel caules vel fercula co-
Oleum
quuntur de lampadibus sumitur, vel lucernis, cuius fętore
fugari serpentes possent. quale illud fuisse credendum est,
Bocchar
ꝓpter ꝗd romę cũ Bochare nemo lauari volebat. Ego ma-
gnifico hero meo Gaspari cancellario gratias ago, qui me
hac ex sẽtina immũdiciarũ detraxit, & ad lautã eius mensã
deduxit, quãuis nisi ipse fuisset, iam curiaꝝ tędijs renunci-
assem. Sed prosequar cęptum iter. pisces tui vel lucij parui,
Pisces
vel carpones vel allecia. Si nataliciũ fuerit poterꝫ & renchã
gustare luti in quo iacuit odore fetentem, vel anguillã co-
lubre cognatam, aut hosce pisces, qui apud cloacas vrbiũ
nutriuntur. Si quis tibi nobilior piscis apponetur, quatri-
Panis
duanus erit. Panis tuus niger, & adeo durus, vt vix gemi-
nis dentibus frangi queat. Et quãuis eodem præcio, sæpe
niger & albus panis ematur, ne tamen assuescas, sẽpꝫ ni-
gro pasceris. Volunt domini assidue inter se ac seruos dis-

paritatem notari, q̄uis nec voluptati, nonnunq̄ neq; vsui fuerit. Tua insuper fercula eadem sunt, facileq; in annum quid tibi edendum sit scire poteris, quę res admodum voluptatē diminuit, quę solet varietatibus irritari. Posset forsan aliquis tolerare, nisi meliora prę se ferri, cōtinuo cerneret, sicuti curialibus accidit, qui dum sordidum panem terunt, dumq; in morem equorum, vel hordeū vel speltam vorant, aut quas vocant caseatas, interea domini piscem, quē Corsica misit vel Taurominitanę rupes, sęuientia nāq; guttura, satiare non sufficiunt nostra flumina, nec maria dum piscatores proxima quæq; scrutantur retibus, nec piscem sinunt in vicinia crescere. Ecce mox alium qui longi latiq; pectoris, Necnon squillam defert asparagis vndiq; septam, cuius cauda nedum familiā, sed hospites quoq; si q affuerint conuiuasq; despuit. Ille murenam adducit ex Sicilia, quam inter Scyllam & Charybdim cępit, dum auster se contineret. quid: accipēseres, turtures aut alios pisces enumerem. quicquid in aquis suauius alitur, ante principem atq; id vel assum vel oleo venefrano, vel vino coctum optimo inter odoriferas herbas intueberis. Maxīa inter pisces tibi inuidia accrescit, nec minor inter carnes. Cum ceruū, leporem, aprum, capream, castora, fasianum, perdicem, gruem, pauonem, ortygem, gallinam, turdos, merulas, ficedulas, ardeas, anseres, hedos, anniculos, cuniculos, asperiolos, & q̄cquid volat & q̄drupedat, saporis egregiȷ vorantem principem videas, atq; hæc egregie cōdita pulmētariȷsq; pręparata suauissimis, quæ cū respicis, nihil ex his, quæ ante te sunt, mordere potes. sed expectas, & ad comitē dicis. Ecce iam dabit nobis, semiesum leporem, aut aliqd de clunibus apri, iam piscem assum, iam congelatū aromatico iure ad nos mittet, iam pullum gallinaceū, iā duos auiculas destinabit, Sed euanescit om̄is cogitatus tuus. Nam curialibus nihil horum porrigitur nisi fortasse ad cruciatū tuum, aliquid socio tibi assedenti mitteretur. Quo scires illum te principi chariorem, nonnunq̄ & tibi tantillum da-

Domini inter se & seruos discrimē videri volunt

Voluptas varietate irritatur.

Ingeniosa inexplebilisq; gula nostrorū fluminū piscibus, minime expleri potest.

bitur, non quo te facieris, sed quo magis afficiaris tędio, q̄ suaues sunt epulæ principis sciens, Panem ante dominum niueum ac molli siligine factum aspicies, ad quem pinsendum proprius eligitur, & magno stipendio retinetur, arto copusq uem si tangere volueris, increpatus percutieris, q panem tui canistri non receperis, nec intactum heri demiseris. Quod si ver fuerit & optata tonitrua, cęnas maiores reddiderunt, radūtur tubera terrę, & vsq a Libya deferun tur boleti optimi, quales edere solebat Claudius, ante illū in quo venenū vxor sibi porrexit. Curialibus autem viles & ancipites fungi ponuntur, & in quibus sępe mors edit. Poma principis talia sunt, qualia sorores dicuntur. Hesperides habuisse, & his solum oblectari potes, tam enim odorifera sunt, vt non solum propinquos, sed longe etiam stātes odore suo perfundunt, tangere tamen illa non poteris, aut quouis pacto gustare. Caseus ex Parma Placentiaq; deducitur, Sudans cęcus pinguis ex ouibus factus, quę solū serpillum cum suauissimis herbis depastę sunt. Structorem interea saltantem per domū, & Chyromāta volanti cultello ante dominū diuersis gestibus leporem, atq; gallinā secantem spectabis, & qui nihil horū te permittit tāgere quibus oblectaris. Quis est qui rebus in istis voluptatem esse curialibus credat? quis non potius pęnā ingentem, cruciatumq; maximum recognoscat? an non simile est hoc tormentum illi? quod poetę finxerunt de Tantalo, qui nec in aquis bibere, nec in pomis ędere potest, q̄uis ad mentū vsq; sibi vtraq; pertingāt. Quid? q in mensa pricipis assidue fabulantur atq; tacēda, dicendaq; fantur, cum tu nec loqui nec hiscere audeas, Nam si forte mutire pręsumpseris, aut nutu aliquid significare, quasi casus per plātas educeris foras, aut vel latro, vel fur vocaberis, vel adult. Maxima q̄q; domus (vt Iuuenalis ait) seruis est plena superbis. Ille panē magno cum murmure porrigit, ille indignatur q se aliqd poscas, & q se stante recumbas, aut non vident famuli mēsæ defectū aut si vident, negligunt emendare, sæpe tibi vel

Claudij cō- iunx Boleto venenū marito dedit

Boleti creberrime causa sunt lęti

Caseus dn̄orum.

Tantali fabella.

Iuuenalis Supbo[rum] seruo[rum] q̄q; dom[us] referta ē

panis vel vinum deerit, nec tamen aliquid istorum poscere audebis, si vel aquam vt vinum domes, vel acetum, vt piscem immergas, vel sal vt carnes aspergas, vnq̄ petieris importunus diceris. Enumero tibi sedentium tędia, sed maiora illorum sunt, qui stantes seruiunt, & quotiēs aliquid mordes, ipsi tecum hiant, & aerem solum capiunt, qui solis pascuntur cęnarum reliquijs. Sed accipe molestias alias. Sunt in curia diuersę dapes, nam raro minus quattuor ferculis cęna paratur, & ista nunq̄ vt optares ex ordine dabūt semper quod vltimū velles, erit primū. Cum pane satur & vrsi plenus dorso fueris Tunc cibaria meliora porrigent, vt vel stomachatus rennuas, vel ad crapulam cum tuo maximo damno comedas. Q₂ si qs casus meliores epulas initio mensæ cōcesserit, mox ille ex oculis auferentur. Est eñ magna ministris diligentia, ne diutius res pręciosiores esse in mensa permittant, nam & imponendo tardiusculi, & in leuando celerrimi sunt. Aspice Insuper in parapside, q̄t manus enatant circa carnes, quot cultelli festinant, quale periculum illic manum apponere, nisi quis chirothecā ferreā receperit. Sicut apud Strigoniensem archiepiscopū illū qui ante pręsentem secundus fuit, florentinorum quendā fecisse cōmemorant, contigit enim vt nonnunq̄ alienum quis digitum, vel portiunculam manus acceperit, atq₃ momorderit, vituli carnem vel bouis existimans. Mensę in curijs vndiq₃ circumdantur edētibus. Cibaria super caput tuum, & humeros afferuntur, sępeq₃ super te ius totū effunditur, hic te præmit, is raptat, & inter faciem vomit, inter ferculum, & ferculum magna fit mora, tempusq₃ longum, expectando consumitur, cum interim nec spuere, nec screare, potes, nisi scurrarum numero velis haberi. Nunq̄ certa comedendi est hora. Si tamen in ipso mensæ initio non affueris, cęna mulctaberis, aut iurgijs afficieris acerbis. Inter hæc nec porros, nec cæpe, nec allium, quia venenum ab Horatio dicitur, comedere poteris. Nec igitur quæ principes edunt, nam illa tuum ventrem dedignantur.

Ciborū ordo, nō sine magna sanitatis iactura negligitur.

Historia.

Nullū certū comedendi tempus.

Nec quæ rustici vorant, quia fętorem dominis ingerunt, gustare permitteris. Crassis igitur illis, & nullo sapore cõditis, vteris dapibus, in quibus si voluptas esset aliqua, cessaret tamẽ quia cõtinuę sunt, & immutabiles. Nã voluptates, vt Iuuenalis affirmat, rarior, vsus cõmendat. At in his rebus tantũ deest, vt gaudiũ aliq̃d intercedat, vt male iudicare non existimem, qui sũmam in eis miseriam, summãq; cordis afflictionẽ posuerit. Sed stultum, atq; imperitũ vulgus, hæc tedia non animaduertit. solumq; suspensas auro vestes, ac sublimes respicit in equis milites. Et cũ opes, argentũ, aurũ, famulorũ cateruas, & ornatũ exteriorẽ, intuetur, miserias interiores nequaq̃ cõsiderat. At Seneca summa prudentia vir. Isti, inquit, quos pro fœlicibus aspicitis, si qua non cernuntur, sed qua latent videritis, miseri sint, sordidi, turpes, ad similitudinẽ suorꝝ parietũ, extrinsecus culti. Quo fit vt curialibus, qui propter irritamenta gulæ, principibus seruiunt, ne dũ ciues priuatos, qui cũ iocũda coniuge, inter dulces liberos caste, ac parce comedunt, vel ruricolas, q̃ medias inter oues castaneas molles, & mitia poma, cum lacte vorantes, nitidi fluminis vndas exhauriunt, sed ipsos quoq; qui in crepidinibus petrarꝝ, vel in pontibus, vel ad ecclesiarꝝ valuas mendicant, sine cunctatione præponam, cum illis nec ex sententia succedat, quod appetũt, nec si successerit meliores propterea beatioresue fiant. Sunt igitur omnes stulti, qui ob has causas in regiũ famulatum se se recipiunt. Ceterũ cũ ab initio dixerimus, quosdam esse, qui tanq̃ animæ consulturi, regalibus sese dedũt obsequijs, existimant eñ consulendo regibus, vtilitatẽ reipublicæ promouendo, pupilli & viduarꝝ tuẽdo causas, afflictis & inopibus succurrendo, tanto magis deo placere, quanto maiore tędio ista peragunt. Respondendũ est etiã ijs ne qui stultiores sint alijs, sapientiores omibus videant. Quamuis neminẽ adhuc cognouerim, qui non suũ aliq̃d temporale cõmodũ, apud reges insectaretur. Fingamus tamen aliquẽ fore, quẽ sola salutis animę ratio mouerit. An

Iuuenalis

Seneca

Videãt qui aulã sequũtur an aimæ consulant

ita est vt hoc in curia sibi possit obtinere, consulemus nec nos viro bono in obsequio vt se regibus immergat? Putabimusne sic animẽ lucrifieri mihi hercule non fit verisimile, in curijs principũ, vbi tot vicia regnãt, vbi tot irritamẽta ab exercitio virtutum subducũt, virũ aliquẽ bonũ posse pseuerare. Namq; vt sessor bonus in equo retrogrado, vel calcitroso excutietur, dilabeturq;. tandẽ, sic vir bonus & iustus apud reges defluet, vel immunitus rerꝝ licentia, ac fluxu & immũdicijs, tũ viciorꝝ, tũ hominũ circumuentus, declinabit a via, & in scopulos ruet ventorũ viribus actus, & tempestatũ. Qđ cũ Plato in Atheniensi curia perspexisset, fugere potius statuit, q̃ inter tot viciorꝝ inquinamẽta morari. Cognoscito igitur teipsum, qui sequi curiam statuis, & an Platone sis maior animaduertito, an viriũ plus tibi, q̃ illi sit ad resistendũ male cõsuetudini. Oportet in curijs obsequi, oĩbus cõmunicare, quod habes, seruire temporibus, versare naturam, & regere. Necnõ teipm huc & illuc torquere, & flectere, cum tristibus seuere, cum remissis iocũde, cũ senibus grauit, cũ iuuenibus comiter, cũ facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose viuere. Quod nisi feceris nec magnus, in curia nec diuturnus esse poteris. Sed replicabis mihi fortasse, illum ipm Platonẽ, quẽ fugisse curiã superius scripsi. Posterius tamẽ ad Dyonisiũ Syciliæ tyrannũ puenisse, illicq; seruisse. Sic est vt ais, sed vide quid obtigerit, namq; vocatus ab illo per doctrinæ speciẽ, cum vicia corripuisset, tyranni fraude venundatus est. nec is solus, ex sapientibus iram pricipis expertus est, Nam & Zenonẽ philosophũ senem admodũ, Phalaris tyrannus, oĩ cruciatus genere dilacerauit. Anaxagoras nobilis philosophus, ab Anacreonte Cypriorꝝ rege occisus est. Boetius iussu Theodorici regis interijt. lõga mora esset, si q̃s viros bonos necari principes iusserit, enumerare voluerim. Nec mihi quispiã vel Mosen vel Helyseũ, vel aliũ quempiã prophetarũ, cõmemorauerit, quasi & sibi liceat, quod viris diuinis permissum extitit. Nec eĩ cum regibus illi manse-

Similitudo

Plato

Aulicus sit oĩm horarũ ac multorũ hominũ homo necesse est.

Plato philosophorũ decus a Dyonisius tyrãno venũdatus.

Zeno

Anaxagoras.

Boethius.

Ioseph diui-na ordinatione factus aulicus
Mauricius.
Martinus

runt, sed functi legatione, quā deus eis mandauerat abie-runt. Solus Ioseph apud Pharaonem moratus est, quē ordinatio diuina, pro salute populi illuc transmiserat, & venūdatio fraterna. Fatebor & Mauriciū & Martinū militasse, ac principibus seruiuisse, sed ille quā primum Christianus cognitus est, cum tota mox legione Thebea truncatus est capite. hic vt vir factus est, & regia castra dimisit, & in obsequium dei sequestrauit. Sciebat eñ vir sanctus, quia pupillorum & viduarū causæ, ad principes non ingrediunt, quia nunq̄ apud reges causa pauperum defendit. qa venalis est oīs iusticia, quia impudicus est omis sermo, quia nulla misericordia, nullus religionis zelus, nulla charitas, sed inuidia. & ambitio, tantūmodo dominatur. Quibus obsistere fortissimi fuerit & plus diuina q̄ humana sapientia. Et quamuis esset Martinus ipse sanctissimus possetq; sua uirtute superare militiam, Amplius tamen militiam nec per se voluit sequi, nec aliis imitandam suo exemplo demonstrare. Et Saluator noster Christus interrogatus quid faciendū esset ad vitam consequendam non dixit, regibus seruito. Sed vade (inquit) & vende omia quæ habes, & sequere me, nō principem, sed me, nō regē, sed me, non curiā, sed me inq̄ sequere. videas igitur vir bone, qui propter animam sequeris curiam ne propter curiā illam perdas. quia multi sūt ibi laquei, multa offendicula, multæ insidiæ demonū, Durum est ambitionem frenare, auariciā compescere, inuidiam domare, iram cohibere, luxuriā coartare, dum semper inter ista verseris. Si quis tamen sibi a deo creditū talentū, nouit, vincere vt ista possit, & tanq̄ sol immaculatus in luto versari, si potest picem tangere, & ab ea non inquinari, si potest ignem ingredi & non vri. non illū curiā sequi prohibeo, nam meritum tanto grandius assequetur, quanto periculosius militauerit. Sed psuasum est mihi neminē esse, qui curię seruiendo, non potius vincatur a viciis, quam vicia vincet. dociles imitandis (vt Iuuenalis verba recenseam) turpibus ac prauis omnes sumus. In Genesi quoq; diuinum oraculum est in hunc modum. Sensus enim & co-

Venalis iusticia apd' p̄mores.

Vt vitā consēq̄ris eternā Christū seq̄re & eū oim tuarum actionū scopum p̄pone

☞

Qui curiæ seruit mag3 a viciis vincit̄ q̄ vincit.

gitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescen tia. Non suaserim igitur vlli in curijs immorandū. nam & anima (vt dixi) discrimini magno supponitur, & vita sæpe ante tempus amittitur. quoniam vel principū desiderio fauebis, ac vltro suis vitijs arridebis, animā perdideris, vel increpabis malos mores, accusabisq; scelera, & iram certe principis experieris. Cyrus Persarū rex Harpago familiari suo admodū ante charo, ob depræhensum in se vitiū filios epulādos in conuiuio dedit Cambyses Traxaspis, ex charissimis, qui se de ebrietate corripuerat, filiū sagitta transfixit. Nec tu mihi Aristotelē obijcias summū philosophorum, Alexandri magni castra sequentē, nescis em̄ qua voluptate hoc egerit, & an sibi libertas fuerit, aliter faciendi. At secuti sunt Alexandrū q̄ plures alij, Calisthenes philosoph9 Clytus frat collactane9 Lysimachus miles, & philosoph9 insignis. Callisthenes dū adorari more persico Alexandrū prohibet, trūcatis manibus & pedibus, effossis oculis, naribus & auribus amputatis, miserā vitā in carcere ducere cogebatur, cui cum Lysimachus, in remediū ęrumnarum, venenū obtulisset, leoni obiectus est. Clytus cū alexandrum patris Philippi laudibus detrahentē, redarguisset, ab eodē (vt supra retuli) in conuiuio est occisus. Stulti igitur sunt meo iudicio (& vt arbitror) tuo, Ioannes amantissime, & qui propter animę lucrū seruitia principis amplectunt, q̄m vel q̄d quęrūt nō assequuntur, vel perniciosas res quærūt, vel per viam spinosam & ancipitem, pergunt, cum ad finē quem cupiunt tutissimis, possint & quietissimis itineribus proficisci. Esset ergo iā satis factū his, quæ ab initio ꝓposuimus, possemq; iā epistolā claudere. Sed sūt adhuc aliæ cōplures molestię curialiū, de qb9 nō erit ab re, q̄ breuiter meminisse. pluria int dormiendū sūt tędia, sępe in asserib9 dormiēdū, ī paleis, in lapidibus, nudoq; solo, ī vēto, ī pluuia, ī frigorib9, si plumas fueris assecut9 ad pediclos, pulices, culices, & alias īfinitas, vl mordētes, vl deterrīe fętētes bestiolas tep̄para, nūq̄ sol9 dormias nisi cū sociū cupes, liteamia

Humani cogitat9 ab ineunte etatæ in malū procliues.

Historia.

Cyrus

Cambyses

Historia.

Aristotelis in Alexandri aula detritus.

Calisthenes

Lysimach9.

Clytus

Somni quietem vbi accipiunt aulici.

Innūera tędia nocturna.

immunda, fętida, lacerata, & in quibus nuperrime pestilentia sunt mortui, tibi dabunt. comes adiunget scabiosus qui se nocte tota fricabit. Alius tussitabit, alius fętido flatu te perurgebit, interdū & leprosus tibi coniacebit, alius frigidus est, & vestimenta ad se rapit, alius febre calidus, & lodicem cū omi tegmento supra te iacet. Semper vel ille tibi molestus erit, vel tu illi videberis tędiosus. dormiēt frequēter in cōmuni vbi vel. X. sunt vel. XX. vbi vnus stertit, alter pedit, alius calceos iactitat, nunq̄ ante mediū noctis est silentium. Veniūt ebrij dormitū, cōfabulant garriunt, ructantur, rixantur, pro lectis pugnant, & seinuicem cędūt, surgunt mingentes, sæpe apud stabula sunt cubilia tua. & equos fremitantes, vel se mordentes audis, nunq̄ scies, vbi iacere debeas, nisi dormitū domini iuerint. Sunt in diuersorijs multi aduenæ, multi ignoti, & vita plerūq; curialiū in hospitijs publicis statuitur, vbi continuo fures timendi vel formidandi, sicarij sunt, neq; res tuas vnq̄ tam diligenter custodies, quin aliquid detractū reperies, nam & ipsi fures in thalamo tuo dormient, & te sopito assurgēt, resq; tuas sub te quoq; iacentes eripient. Adsunt meretrices, ancillæ, lenones, ioculatores, lusores, parasiti, qui iurgia continuo præludūt, tantusq; clamor exoritur, vt nedum dormire, sed ne qui prope est loquentem sociū intelligere queas. Adde loquacitatem eorū qui nocte q̄ longa est, nunq̄ quiescunt. absentem cantat amicam, vt Flaccus ait, Multa prolutus vappa nauta, atq; viator. nulla dormiendi quies dat, q; si vnq̄ rumores & alia mala somnus vinceret, ac oculos claudere ceperis, e uestigio reuocaberis, & alio casu surgere compelleris. credo te ista milies expertū, ideoq; sū breuior sed accipe alia, quæ inter hospitādum sunt tędia. Marestallus orandus est, ac prætio conducendus, rogandiq; serui eius & alliciendi muneribus sunt, vt hospitiū tibi tolerabile præbeant, Quod & si promiserint non tamen implebūt, teq; vel in remotissimis locis, vel in fętidissimis ganeis collocabūt. interdum & honestū locū quem dedit, vt

Horatius.

Marschalc⁹

deseras & alteri cedas minis ac vi coget. Sed esset fortasse tollerabile Marestallo caput inflectere, cuius est officiũ nõ inhonestũ, at sordidos homines sequi, atq; his supplicare, & offerre pecuniã grauissimũ est. nec hoc tamẽ potes effugere. Nam & cocis & pistoribus, & frumentarijs, & bladi viniq; distributoribus, humiliare te cõuenit, & ipsorũ beniuolentiam emere, quid hostiariũ referam? heu quoties vlnas in pectus detrudet tuũ, quoties te pugno vel calce repellet, quoties vbi te viderit venientem portã, quę patebat statim recludet, quoties te excluso, quãuis aurũ dederis vel mimũ vel scurram vel ęmulum tuum intromittet, quoties tibi vel dormire principem, vel in cõsilio esse, vel ęgrotare mentitur. quid de motu castrorũ dicam, quis tormẽta (q̃ nũc incidũt) possit enumerare, q̃nta equorũ est cura q̃nta armorũ, q̃t vrgẽt angustię, trãseũda sũt alta flumia, põtes ancipites ascendendi, equitandũ in tenebris in pluuia, in vento, in niuibus, in luto, in glacie, in fluminibus, in spinis, in nemoribus, in saxis, in pręcipitijs, in abruptis colliũ, inter latrones, inter hostes, nunq̃ est certus principis recessus. fama nõnunq̃ vagatur in crastinum esse castra remouenda, Cumq; accinctus es vię mutatur opinio, q; si forte imparatus fueris, repente fiet recessus, ibitq; rex cum paucis, & sequi pene festinanter om̃es iubebit, idq; tũc potissime, cum vel ægrotabis vel medicinam sumpseris, vel sanguinem diminueris, aut equi tui vel famuli minus dispositi fuerit. Si q̃s vel standi, vel recedendi certitudinem, habere voluerit, ex cauponibus vel meretricibus melius instruetur, q̃ ex alijs. Nunq̃ quo sit eundũ scies, nisi postq̃ perueneris. Creditur sępe sũma luce rex abiturus, tumq; omnes, qui in equis expectant, & ad meridiem vsq;, tam muli quã equi, & currus onerati maẽnt, sæpeq; onera tanq̃ decepti deponunt. Cum vero iter arreptum est, in his locis potissime mansio fit, vbi nec vina sunt, nec cibaria, nec in quibus recipi queas diuersoria. Vbi vero vbertim om̃ia suppetunt, nunq̃ post biduũ castra manebunt. Est em̃ regibus tędiũ, quoties multitudi-

Marstallus.

Hostiarius.

Castrorum motus Infinitę molestię aulicorũ belligerãtium.

nem lętam audiuit, Contra vero ex angustijs afflictioneq̃ plebis solatia suscipiunt. Ideo nõnunq̃ mille passus per diẽ proficiscũtur, interdũ. L. milia passus obambulabũt, Gaudebuntq; cũ te vel familiarem perdidisse, vel equũ accipiẽt vel cũte precipitatum in flumina, vel frigore obriguisse, vel ęstu defecisse cognouerint, cum ipsi & contra frigus & contra calorẽ armati exierint. In castroꝝ pręterea processu quot pressurę sunt: quot calces: quot: trusiones, quot casus: quot irrisiones & blasphemię: nunc tuus equus alium cędit, & in te culpa refertur. nunc tuus lęditur, & afficieris damno. litigant inuicem famuli, & in bellum descendunt domini. Interdũ seruare ordinem oportet, nusq̃ cedere locum licet, festinandum est cum alij festinant, tardandumq; dũ alij tardant, nec prope te erit, quem velis amicum, nec ad eum vbi sit poteris ire. Si quo casu cecideris nemo te colliget, sed vniuerso exercitu calcaberis, & tam tu q̃ equus in puluerem redigeris. nunc in locis palustribus, & in luto castra ponuntur. Nunc in arena locoq; sterili, ex quo nec lignatũ, nec aquatũ, absq; magno discrimine, ꝓgredi queas, Tunc aut ęstas erit, & caloribus exureris, cicadis obtunderis, morderis serpentibus, culicibus intoxicaberis, fętoribus ac exhalationibus pessimis, cruciaberis. Aut est hyems & tecto & vestibus nudus peribis, quod si forsitan tu euaseris, famuli tamen & equi superesse non poterunt. Adde cum prope sunt hostes maiores molestias, nunc vitandos lapides, nunc sagittas timendas, nunc fures formidandos, nunc latrones, nunc insultus est faciendus in hostes, nunc cauendum est, ne hostes ipsi officiant. insultantes. in armis edendum est, in armisq; dormiendum est, semper in vallo castroꝝ, in portis excubiæ sunt habendę, nunq̃ hora quieta est, nunq̃ in pace manere licet, nunq̃ tubę, nunq̃ cornua tacent. nunq̃ insidię cessant. Quoties itur ad muros, vel cũ duo cõcurrunt exercitus, quãta trepidatio est: quot clamores: nunc eriguntᷣ machinę, nũc feruntur tribuli, cõcurrũt iacula, fodiuntur missilibus scuta, choruscant enses, sub il-

llo equus occiditur, hic confossus telo ruinã minatur, Illi caput aufertur, huic manus amputatur, quidã calcant inter eq̃s, q̃dã in foueis iacẽt exanimes vel exãgues, mille facies mortis vbiq; videt̃. nõ hic misericordia est, nõ benignitas nõ hũanitas, Sed ille vir bonus, ille miles egregius, ille fortissimus creditur imperator, qui plures sua manu necauit, quiq; cruentum gladium ex plurium viroꝝ iugulis eduxit Sũt equestres pugnę, sunt pedestres, sunt nauales, sunt murales, vbiq; res sunt horrendę, & facies inferni similis, nihil ibi lucrari absq; iniuria ꝓximi potes, nec tua sũt, quę bellis quærũtur iniustis, vt fere sunt oĩa bella, quæ inter domesticos fidei cõmittunt̃, perdere autẽ illic ne dũ res, sed vitã & animã potes, nec tute vitare bellũ confidas, in quo tuus rex interfuerit, nemo se mare vitaturũ speret, cũ rex nauigauerit, aut comitandus rex est, aut amittendus, inter tot tantasq; difficultates. aut iuuenis es, & sufferre insolitas res non potes, aut antiquus & deficientibus viribus nec inediam, nec sitim, nec laborẽ sustinere vales. Pretereo morbos qui dum sic angimur, nos aggrediuntur, quibus coacti vel in via deserimur, vel inter ignotos plærũq; diẽ claudimus. qui domi manentes per multos annos viuere potuissemus Sed redeamus iam in vrbes, simus in amplo spaciosoq; loco, quiescat curia, deerunt ne propterea cruciatus, an non fient indies noua edicta? constitutiones nouæ, quibus vt te coaptes singulis dieb⁹ de nouo incipies viuere. Siue rex sedeat, siue stet, tibi tamen semper erit standum, nec vllam tuis tibijs poteris dare quietem. Sed nõnunq̃ sedens temerarius iudicaberis. Quid vero in stipendijs exigẽdis? quãta morositas? quantaq; diminutio est? nunq̃ in tẽpore dat̃ nunq̃ integrum, nunc ad istum, nũc ad illũ, remitteris, diuersisq; mendatijs eluderis. Multa sunt propter quæ magnifico Gaspari Cãcellario teneor, sed in hoc quoq; suæ magnificentiæ sum obnoxius, q̃a me nõ patit̃ salario meo frustrari, sicut alios video, q̃ suũ gemũt fraudari salariũ. Nunq̃ stipendia recipiunt, nisi distributorem donauerint, nec

Mille facies mortis.

Quo q̃spiã plres crudeliter necauerit, eo melior habetur.

¶ Ferme oĩa bella sũt iniusta. de q̃ re lege Adagium Erasmi Rho. dulce in expertis bellum q̃t si feceris, dispeniã si duce r̃ penitudĩe

Morbi aulicos e medio tollũt, qui si domi manerẽt, lõgius culã vitã viuerent.

¶ In aulis semp stãdũ.

Merces laborum difficulter extorquetur.

vllus est, qui tam clara conuentionis suę capitula faciat, & ad voluntatem officialium non recipiant interpretationē qui sunt omnes auri corrosores. Sed iam de necessarijs aliquid dicamus, qui & ipsi curialiū, tormenta axaugent nūc hoc nūc illud imperari sibi petentes, & siue durū sit, siue absurdum, quod optant, tamem impetrare te volunt. Quidā potentes sunt, qui ex gratia principis promouere propinquos possent, sed tales sunt eius cōsanguinei, vt vel eis benefacere nō audeat, vl' si audeat infamiā popl'i, & īdignatione sup̄ se dei sustineat. Quid ꝙ amorē in se pricipis nemo verum assequitur, namq; vt Isocrates in eo quem de regno scripsit libro, testatur, principes neminem nisi inconsulto quodam impetu diligunt, ꝙ si quem amant, non vt amicū diligunt. Inter pares enim amicitia versatur, sed eo modo amant, quo & canes, & equos diligunt, fructum vt exinde suscipiāt. Quid dixi? erraui certe, multo plus equus aut canis q̄ homo diligitur, mortuo quippe viro, mox vir alius adest, qui locum defuncti magnis pręcibus sibi dimitti postulat. At canis vel equi mortui vice non supplebit alius, nisi vel emptus prętio, vel gratia. Parum adhuc dixi, cum nedū nō dolēda, sed optanda mors tua principi sit, qui diutius seruisti, aut enim pro longis obsequijs non te remunerauerit, & soluitur obligatio morte tua, dulceq; suo ex ore sonabit, Ah si mortuus non fuisset homo ille, magnis eum muneribus donassem. aut largitus est tibi plurima, quæ te mortuo recuperare se sperat, Vix em̄ hodie diues aliq̄s moritur, cui principes non succedant. Sed audi iam quot imminent tibi molestię, propter personā principis. Raro nedum inter principes, sed inter priuatos quoq; vir bonus reperitur. Cicero in diuinationū libris. Si quæ rarissimę fiūt monstra putanda sunt inquit, magis monstrum vir bonus quā partus mulæ. Astipulatur huic sententiæ Iuuenalis, q licet prius dixisset Rari quippe boni, vix numero sunt totidem quot Thebarum portæ vel diuitis hostia Nili postea tamen quasi septē reperiri nō possent, Amplius se restrin-

☞ Aulicorꝫ necessarij semper vrgent.

Isocrates ☞

Inter pares amicitia versatur..

Impensius equ⁹ aut canis q̄ homo amatur

Principes plęrūq; diuitum sunt heredes.

Vir bon⁹. rara auis ī terris, nigroq; simillima cygno. Cice. Quę rarent

xiii dicens egregium sanctumqȝ virȝ si cerno, bimēbri hoc monstrū puero & miranti iam sub aratro, piscibus inuentis & fetę cōparo mulę. Nec diuina scriptura remissior est. Siquidem apud Paulum prophetę verba relata sunt est aūt deus verax omīs homo mendax. Et iterȝ scriptū est quia nō est iustus quisq̄, non est intelligens, non est requirens deū. At rursus non est qui faciat bonū, nō est vsqȝ ad vnū. Vides vt oratores ac poetę, cum sacra scriptura concordāt. vides vt rari boni, mali vero infiniti sint. Si ergo rex tuus malus fuerit, dolebis ei⁹ infamiā, eiusqȝ vitijs cruciaberis. Si auarus est, angeris quia nec te pręmiat, nec alios benemeritos & quia plurima negligit ne sumptū faciat. Si liberalior est, times ne profusione nimia vacuet ęrarium. Si crudelis, vereris ne in te tuosqȝ sęuiat. Si pius ęgre fers quia nō vlciscit iniurias. Si audax, pericula reformidas. Si vecors hostibus inuides quia sibi semper insultant. Si loquax, multiloquiū esse non absqȝ peccato cognosces. Si tacitus, dicis quia nec amicos nec seruitores verbis scit retinere. Si vinolētus, accuses ebrietatem. Si vino non vtitur, quia parū sit lętus grauaris. Si luxuriæ cultor est, doles quia plurimis iniuriatur. Si foeminas fugit, dicis nō esse virū. Si paucos ad se admittit, displicet tibi inter illos non esse. Si cōmunis est omibus irasceris ꝙ tam reliquis q̄ tibi sit familiaris. Si omī ex parte bonus est, quod monstrū fuerit, cū tu sis malus doles, quia tuis vitijs non alludit. Aut si tu quoqȝ sis bonus, queadmodum difficile est, dolebis principi bono nō arridere fortunam. semperqȝ anxius eris suo statui. ęgrotabis cum eo, & patieris cū eo, quoniam non tam filio suo pater afficitur, q̄ bono principi bonus seruus. Cui & si fortuna fauerit, nūc mutationem, nūc insidias times, nec dormies vnq̄, nec vigilabis in pace. Est insuper magna virorū recreatio mentis secessus. Cū se aliquis retrahit in solitariū locum, ac vel meditat̄, vel legit, vel scribit, totūqȝ se musis prębet & nunc Platonē, nūc Aristotelē, nūc Tulliū, nūc Virgiliū, nūc alios doctores, iam dudū mortuos, sed fama viuentes, & scri-

S. Paulus.

Oīs homo mendax.

Quocunqȝ vitio princeps laborat aulicus fid. cruciatur.

Non vsqȝ adeo pater filiū ardenter amat atqȝ bonū pricipē bon⁹ minister.

ptis alloquitur. Sed hac voluptate priuati sunt curiales, qui cum semper in otio sint, nunq̃ tamen otium habent. semp̃ in multitudine sunt, in clamoribus, in tumultibus. Si tibi nõnunq̃ particulam delegeris, in qua vel legas aliquid, vel scribas, mox aliquis instabit qui te vexat. Et si alij cessauerint, non aberit dispensator, qui prope te computũ faciat, æraq; moueat, nusq̃ tibi angulus patebit quietus, in q̃ possis cũ Scipiõe dicere, nunq̃ minus solus quã cũ sum solus. Oportet te priscis illis sanctisq; viris carere, atq; inter hoĩes viuere, quos rectius bestias omni virtute carentes appellaueris. Sunt qui dicant filios suos idcirco principibus tradere, vt mores discant, fiantq; virtute pręstantes, melius dicerent ad intelligendam maliciam, turpitudinemq; discendam se filios transmisisse. sunt eñ in curijs vitiosissimi homines, sermones inhonesti. Ille luxuriam commendat, ille voracitatem, nemo de virtute se iactat. Sed aut virginẽ violasse, aut stuprasse nuptam, aut ęmulum occidisse, aut rapina sese aliquid nactum gloriatur. Quæ scelera sic adolescentes imitantur, atq; imbibunt, vt nullo post tẽpore amittant. nec te putes adolescentem pudicum, sobriũ, verecundum, aut bene moratum, apud principes inuenire, oẽs huiusmodi sunt, quales magistri, verum est enim quod Terentius ait. Ad peiorem plerunq; partem, animum applicari, si quis ad eam rem magistrum sortitus sit improbum, Sic natura iubet velocius & citius nos corrumpunt exempla mala cum animum magnis auctoribus subeunt. Refero maximas deo grates qui mihi iam viro, sequendi principes animum tradidit. Cum iam parentum virtutes aliq̃s sic acceperam, vt amplius amittere nõ possim. Quod si aliud nõ est, hoc saltem habeo quia nõnullas didici literas, q̃s ignorarem, si pueritiam meam curia suscepisset. Est enim in curijs principum vitiosum literas nosse, & probri loco ducit̃ appellari disert⁹. Est itaq; magna literatorũ molestia, cum se contemni per omnia vident, & res maximas ab his dirigi, ne dicã negligi, qui vix inter manus & pedes quot

Vix litteris incumbere potest q est int aulicos.

Scipionis dictum.

Liberi neq̃ q̃ ad aulam pricipũ trudẽdi vt mores ediscant

Aulici minime se de virtute iactant verũ de vitijs gloriantur.

Quo viuendi more iuuẽtus semel est ibuta eũdem p toti⁹ vitę cursum seruat.

Literas nosse viciosũ ẽ.

F

habent digitos norunt. Sed est etiam illiteratis summa turbatio, cum viros in curiam doctos & latine loquentes venisse vident, quos nequeunt intelligere. Quid preterea de conscientia tua protulerim, quæ semper inquieta est, semperque te mordet. Cum tu te scias multis vitiorum illecebris inquinatum, nullum grauius esse supplicium Seneca scribit, quã cõscientiam. hinc Iuuenalis Cur tamen hos tu euasisse putas quos dira conscia facti, mens habet attonitos & surdo verbere cedit occultum quatiente animo tortore flagellum, penaque tam vehemens ac multo sęuior illis. Quas & Ceditius grauis inuenit & Rhadamantus nocte dieque suum gestare in pectore testem. Sed audi obsecro Ciceronē pro Sexto Roscio. Cuius hec si memini verba sũt. Sua quemque fraus, & suus tortor maxime vexat, suũ quemque scelus agitat, amentiaque afficit, male cogitationes cõscientieque animi terrent, hæc sunt impijs assiduę domesticeque furię, quæ dies noctesque parentum pęnas a cõsceleratissimis filijs repetant. Quasque te vertis oblocutiones de rege, de consilarijs, de teipso fiunt, quia vel nimis subditi grauãtur, vel hostes instant, dum curia in choreis est, aut in venationibus occupata, nullum inter res mundanas maius munus est hominibus a deo concessum, vt Cicero dicit, q̃ amicicia, At hoc bono tam suaui, tam vtili, tam necessario, priuati sunt Curiales. namque cum vitiosissimi fere sint omẽs, non amicitia inter eos esse, sed factio quedam potest, & in odium cõspiratio. Inueniuntur nõnulli industrij, ac laboriosi curiales, At in his adinumbrata, non expressa sunt signa virtutum, videntur quidam liberales, sed rapinam sequũtur, & si sũt casti, ambitiosos inuenies eos, atque supbos, si humiles, ebrij sunt & nebulones. In nullo ỽtus est aliqua, quã mille vitia nõ comitent̃. Arduũ est in hac hominũ colluuie virũ amicitia dignũ repire, quod ∵ si quis inuentus fuerit bonus, vel regi non placebit, vel magnatibus, nec eius vti beniuolentia poteris, q̃a nõ licet in curijs habere cõmertiũ inter illos, q̃ nõ sũt accepti, videbisque nõnũq̃ illos, q̃s diligis, & q̃ tibi

Conscietia curialiũ semper iquieta.

Iuuenalis

Cicero.

Amicicia Curiales carent.

sanguine sunt coniuncti, ad suppliciū rapi. Et quāuis diffici
le sit tacere cū doleas, nec conqueri poteris, neq; hiscere, se
peq; cū illo conuersari cogeris, qui tibi vel patrē vel fratrē
occiderit, si eius conditionis fueris vt famulatū possis tene
re, inuenies seruitores tuos fures, ebrios, gulosos, rixosos,
insolentes immemores, negligētes, inertes, adulteros, ho
micidas. Si rursus tu alteri famuleris, dn̄m auarū, querulo
sū, inuidū, temulentū, loquacemq; cōperies. Discurre per
omes curiæ status, q̄ cōtempti cōsiliarij sunt suis cōsilijs, nō
acquiescere principes Quid autē Cancellarij: cū eorū literę
ad honorem regis & vtilitatem scripte transire non possūt,
nisi corruptæ & ex bono in malū mutatæ. Quid magistri
curiæ, & Marescalci: dū obedientiā non inueniunt. Quid
magistri camerę: dum eorū cōputa corripiunt, Quid capel
lani: dū in celebratiōe diuinorū officiorū suspēdunt. Quid
medici: dū negligi sana & nociua recipi cernūt, qd milites:
quid cubicularij: quid tubicines: dū stipendia sibi negant,
quid coci, qui nihil parare sine reprehensione possunt. Nul
lus est, cui nō sunt infinitę molestię, atq; vt breuiter dicā, p
multas tribulationes intrāt iusti in gloriā dei, Curiales v͛o
cū multis cruciatibus acquirere sibi gehennā studēt, Nihil
de clericis & religiosis dixerim, qui cū Ioseph palliū, cum
Matheo theoloniū, cū Ioāne syndonē, cū Samiritana cupi
ditatis hydriā sūt iussi relinq̄re. Taceo & illos q necessario
& inuiti sequunt curiā. namq; vt Cicero pro Sexto Roscio
dicit, q̄d ego inuitus & necessario facio, nec diu, nec diligē
ter facere possum. ❡ Crede iā me, pmissioni meę satis fecis
se, qua stultos esse, me pbaturū dixi omes, q aliā vitā habē
tes, in q̄ se possunt honeste traducere, curiarū molestias se
quunt, q̄d cū ita sit relinq̄mus hoc pelagus inq̄etū, nosq; in
aliā vitā redigamus. Nāq; si pacē cupimus, si ociū diligim⁹
si nobis viuere volumus, si salutē anię q̄rimus, fugiēda sūt
nob atria regū, & aulici tumult⁹. In qb⁹ nec reges, nec bo
narū artiū exercitatio, nec v͛tut; amor aliqs viget, sed auari
cia tm̄ libido, crudelitas, crapula, īuidia, & ambitio dn̄at.

Serui.

Ferme singulos curiæ status negligi cōtemniq; afflruit.

Mgri curiæ
Mgri Eqtū.
Mgri came.
Capellani
Medici
Milites
Cubicularij
Coci.

Cicero

Conclusio.

Quibus vitijs, qui sit deditus nullo se poterit argumēto tueri, quin apud viros doctos & malus & stultus esse cōuincat. Vale vir, nisi ex curialibus vnus esses meo iudicio prudens.. Ex Pruch Pridie Caleñ. Decembris. Anno domini 1444 inditione.>.

¶ Liber de Miserijs Curialium foeliciter finit.·.

¶ HENRICVS STROMER AVRBACHIVS LECTORI SALVTEM.

CAndide lector offendes (vt auguramur) offendicula & leuiuscula moramenta quædam, in hoc Aeneę libello, qui anteq̄ ei limā emendatiōis obducebamus, innumeris scatebat erroribꝰ, eūdē nocte, alijs plerisq; coaulicis nostris, genio indulgentibus, ac poculis certantibus, quādo medicę lectionis (cui alioqui totam impendimus operam) nos capiebat sacietas, animi recreādi refocillādiq; gratia, & legimus & correximus. Verū si tibi adamussim non satis fecerimus, nulla te capiet admiratio, porro ī causa fuit, & temporis, & librorꝫ inopia, siquidē vaga aulica vita, nobis nostrorum voluminū suppellectilem eripit, tum consulto quædam corrigere noluimns, ne videremur sequi eā sententiam, quę magis nobis, q̄ vero auctori placeret. Adde plæraq; emendata, impressorū incuria, nobis absentibus esse viciata. Quapropt̄ ab humano eruditoq; lectore, cui aliquid castigādum reliquimus, veniā nos facile impetraturos speramus, maleuolos vitilitigatores, ac infames famicidas, singula in deteriorē interpretātes partem floccifacientes. Vale optime lector & boni consule.

¶ Excusum est hoc Aeneę Syluij opusculum, Per Ioannem Schœffer, Typographū sane q̄ accuratū, Maguntiaci, vbi diuinū inuētum stāneis typis excudendi libros p̄mo natum, Pridie Nonas Iulias. Anno post christi natalem. M D XVII.



¶ In epistola nūcupatoria, optime lector, Doli Danaidum offendes, Id quod velim pro cādore ingenij tui expungas, & Doliū Danaidū reponas, In reliquis vero vitijs, quę tuo Marte repurgare potes, conniueas. Cęterum ne charta vacaret, & vt aulica vita dilucide perspecta, callis ad tranquilliorē tibi pateret, Placuit lepidissimi Epigrāmatographi, ad seipsum de beata vita carmen adiungere, quo vt nihil est festiuius, ita profecto nihil verius.

¶ M Valerij Martialis ad ſeipſum de beata vita Epigramma.

Vitam, quę faciunt beatiorem,
Iocundiſſime Martialis, hæc ſunt,
Res non parta labore, ſed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunq̃, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, ſalubre corpus,
Prudens ſimplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, ſine arte menſa
Nox non ebria, ſed ſoluta curis,
Non triſtis torus, attamen pudicus,
Somnus, qui faciat breues tenebras,
Quod ſis, eſſe velis, nihilq; malis,
Summum, nec metuas diem, nec optes.

Hac vitam faciunt beatiorem

Τέλοσ σὺν θεῶ καὶ μούσαισ

Montibus Cappitolio fo 186 Captiuitas po. nobium fo 189
Inuento legum folio 182 :-
Romanorum Vrbis fo 186 :- folio 172
Historia orbis nudelis x regi 21 Lyra legat folio Christo 172
Trimirarius Bractheos folio 17
de Minerua : 21 :-
Triteratis Que in ecclesia fiunt habes folio 6 :-
Roma Conditur folio 189 :-

189 Amulu inuent premissus fo 30 Radix ghuus cons

Moyses mori folio: 85: Et 88

Hieremias lapidatus fo 103 Et moritur

192 Ptolomeus philadelphus librum collegit

Eusebius de numero librorum [illegible]
Rendit 85 paulo post [illegible] ad 1 milia posse
[illegible] folio 180 Quere

Aurea Mensa fo 181

Noch rechnung Eusebij von anfank der welt
vnd vom ersten Adam, der vns naturlich leben
vff den andern Adam Jhesum christum, der vns geistlich
leben gemacht ist fünff tusent hundert vnd
neun vnd neuntzig jor

fünff Alter von
Adam off noe ij M ij^c xlij
Noe off Abraham ix^c xlij
Abraham off dauid ix^c xl:
Dauid off Babilo: cccc lxxxv jor
Babilo biss off christum
sint v^c lxxxx
Von Adam off mosen sint
drij tusent sechs hundert, vier
vnd achtzig jor
Von mose off Jepte ccc jor
Von mose zum heben des
tempels vnder salomon 480
Von Salomon biss off Nabuch
odonosor ist der tempel in
eren gewesen: 432:
Von Salomone biss off das ander
jor darij das ist von dem
heben des tempels biss das er
ist wider vmb restauriert
worden 512 jor
Von Adam biss off den bau
des tempels vnder Salomone
4102: jor Eusebij

Dar vmb durch die
Von Zorobabel ist der tempel
wider vmb off gebuwet worden
in: 46: joren wie man
liest Jo an 2 Das ist xx
jor vnder Ciro xx vnder
Artaxerxe vj jor vnder Dario
wie man im ersten Esdre
Vom andern jor Darij Lxi
off die zwei vnd sibentzig
jor der menschwerdung des
herren, als der tempel verhergt
vnd verbrant worden ist
von Tito dem sun vespasian
der Romischen keisers: 492:
Als man zalt noch anfang
der welt 3279:
Welches das sechtzigst jor gewesen
ist, noch dem todt noe Als
Abraham ist: 75 jor alt
gewesen: 74: ist im die
verheissung geschehen wie
man liest in Gene am xij
Von diser verheissung biss
zum vssgang vss Egypto
sint gewesen 430: wie man
liesset exo xij Aber im buch

Clemens am xi: Juda vorandere
dan .xiij. worden allein todt/er
beschrieben. vnd weit die menst
zal vnderlossen

Von der zeit an als Jacob in
Egypten gezogen ist biss zum
vssz egypto sint 2xx jor blibe:

Noch dem sie von Egypto ussz
gezogen sint sie in der wust
vnder mose vnd aron x0: jor
vmher gevarest Exo 16 Nu 14
vnd 32: Deut 29 Amos 2 74
Judith 5 Act 7 13:

Vom Todt mose bis off Samuel
durch die Richter vnd
welcher Chanaan haben sie
die xyo jor gewandert
Acto 13

Catalogus der Regenten
herzogen Richter King
Bostgoffen vnd prister
Von Abraham an biss
vff christum

Abraham .c.
Isaac hoer lx jor
Jacob regniert
Joseph 121
80

Die sint die hebreer in Egyp
tischer dinstwerker 1xx: jor

Herzogen

Moses regniert x0 jor
Jhesus 28

Richter

Othoniel x0 jor Aoth 80
Baroch x0 jor Gedeon x0
Abimelech 3 jor Thola 22
Jair 22 jor Jepte 6 jor
Ebson 6 jor Labdon 8
Samson 20 Heli der prist x0
Samuel hat regniert x0 jor

Kunig

Saul hoer x0 jar
David regniert x0
Salomo x0

Diss sint die drey Monarchen
gewesen ober die xij geschlecht
Israhel

Noch Salomons Todt ist das
kunigrich gedeilt worden
vnd hoer sin son Roboam
allein ober Judam vnd Ben
jamin in Jherusalem regiert
Hieroboam aber ein son Nabath
die andern x zehen geschlecht
in Samaria

Kunig Israel

Hieroboam hoer regniert 22 jor
Naba 2 Baasa 27 Hela 2
Zambri 7 tag Amberi 12 Achab 22
Ochosias 2 Joram 12 jor
Jehu 28 Joachab 17

Joas 16 Hieroboam 41 Zacharias 6 m. Sellum 1 m.
Manaen 10 Phacia 10 Phacee 20 Osee 9 jor regiert
Dyse Neunzehen kunig Israhel haben regiert 242 jor
vnd vij monet vnd vij tag, sye alle bos vnd abgotter
Dar vmb vnder dem letsten Osee im jor vom anfang
der welt 3249 jor hoet Got Salmanasser den
Assirier kunig gesant wolcher sie in median gefurt
hoet vnd das ertrich Israhel mit Assirier besetzt
vnd verhuter, dannen her die Samaritaner einer ge-
mischen relegion her kommen sin vnd ist Israel vor
Juda gefangen worden, wie es Hieronimus rechnet 133
ader wie etlich wollen noch 136 jorn

Kunig Juda vnd Beniamin

Roboam hot regiert 17 jor Abias 3 Asa 41 Josaphat 25
Joram 8 Ochasias 1 Gotolia 7 Joas 40 Amasias 29
Osias 52 Joatham 16 Achas 16 Hezechias 29 Manasses 55
Amon 2 Josias 31 Joachas 3 m. Joachim 11 Jechonias 3 m.
Sedechias 11 Dyse Neunzehen kunig Juda
haben 381 jor vj monet in Jerosolem regiert
vnd sint er allein zwen gut in augen Gottes gewesen
die andern aber gar bos ader nit gar from dar vmb
vnder Sedechia Nabuchodonosor der konig Babilonis kommen
ist in Jerosolem hoet verheert zorbrochen vnd verbrant
sampt dem Tempel vnd das volk mit dem konig in
Babilonem hin geschleifft dos dan 70 jor gefenkniss
gewesen sin

Noch dissen haben sie wieder vmb

Herzogen gehabt // Frembde kunig

Judas machabeus 6
Jonathas 19 jor
Simon hoet regiert 8
Hircanus 26

Aristobulus 1. darnach der auch Alexander
genant ist 27 Alexandra 9 Hircanus 34
Herodes konig 37 Archilaus herzog 9
Herodes vier furst 24 Agrippa 8
Agrippa konig 26

Bischoff noch dem
Salomon den Tempel gebuen hoet Sadoch Achimas
Azarias Joram Azarias [illegible] Phideas ~~[illegible]~~ Sudeas Helus
Joatham Vrias Neria Odeas Sallum Helchias Zaroch Josedech
~~kam gefenglich in~~ Babilon